Primū necessariū ad seq̄ndū xp̄m est paup̄tatē eligere. Un̄ ipse Lu. xij. dicebat. Uēdite q̄ possidetꝫ ⁊ date elemosynā paup̄ib⁹. Et Math. xix. Si vis p̄fect⁹ esse vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da paup̄ib⁹ ⁊ veni seqūre me. Et taliū pauperꝝ xp̄m seq̄ntiū s̄m sctm̄ Tho. li. iij. ꝯ gētiles. ca. cxxxij. q̄ttuor sunt genera s̄m q̄ q̄ttuor sunt modi viuēdi ī paup̄tate. Est em̄ vn⁹ modus viuēdi q̄ singuloꝝ possessiones vendant̄ ⁊ de precio oēs cōiter viuāt. sicut tp̄e apl̄oꝝ in hierl̄m fiebat. Dicit̄ em̄ Act̄. iiij. Quot quot possessiōes agroꝝ aut domorū erāt vēdentes afferebāt p̄cia eoꝝ q̄ vēdebant ⁊ ponebant an̄ pedes apl̄orū. ⁊ diuidebat̄ singl̄is p̄ut vnicuiq̄ꝫ op⁹ erat. Hic v̄o mod⁹ viuēdi n̄ fuit multū durabilis. tū qꝛ nō est facile q̄ plures h̄ntes magnas possessiones hanc vitā assumerēt: ⁊ paucoꝝ diuisuꝫ int̄ multos non sufficeret. tū etiā qꝛ hmōi p̄ciū defraudari possit p̄ furtū vel rapinā. ⁊ sic remanerent paup̄es ip̄i sine sustētatōe vite. Scd̄s mod⁹ viuēdi est vt possessiōes habeant cōes ex q̄b⁹ singulis p̄uideat̄ p̄ut cuiq̄ꝫ op⁹ fuerit sic̄ ī monasterijs pl̄imis obseruat̄. Sed nec hic mod⁹ videt̄ ꝯueniēs. possessiones eī t̄rene sollicitudīes affert̄. tū p̄pt̄ ꝯgregationē fructuū. tū p̄pt̄ defēsionē eaꝝ ꝯ fraudes ⁊ violētias. Et qꝛ tales possessiōes vt freq̄nt̄ sunt cā discordie ideo īpediūt vacatiōez mētꝫ circa diuina. ⁊ id̄o īpedire vident̄ finē volūtarie paup̄tatꝫ. Terci⁹ igit̄ mod⁹ viuēdi est vt de labore manuū suaꝝ viuāt q̄ volūtariā paup̄tatē sectant̄. quē viuendi modū paul⁹ sectabat̄: ⁊ alijs s̄uandū suo exēplo dimisit. Dicit̄ eī. ij. Thes. iij.

Non gratis panē manducauim⁹ ab aliquo sed in labore ⁊ fatigatōe nocte et die opantes ne quem vestꝝ grauare mus: nō quasi nō habuerim⁹ ptātem sed vt nosmetipos formā darem⁹ vobis. qm̄ si q̄s nō vult laborare nō mā ducet. Sed nec iste mod⁹ viuendi videtur esse cōueniēs. Uanū em̄ videtur aliq̄d iam habitū amittere quale post ea cū magno labore oporteret acquirere. volūtaria em̄ pauptas ordīat ad expeditius seq̄ndū xp̄m p h̄ q̄ a seculi solicitudinib⁹ liberat. maiorē v̄o solicitudinem sibi acq̄rere videret q̄ q̄s ꝓprio labore victuꝫ quereret q̄ꝫ is q̄ habuit ad sustentatōem vite necessaria. ⁊ ideo dn̄s talē videt interdicere Mathei. vj. dicēs. Respicite volatilia celi: qm̄ neq̄ serūt neq̄ ꝯgregāt ī horrea: et iteꝝ. Cōsiderate lilia agri quō crescūt: nō laborāt neq̄ nent. Quart⁹ igit mo dus viuēdi ī volūtaria pauptate ē vt viuāt de hijs q̄ ab alijs inferūt seu dabūt. Et hūc modū videt iesus christ⁹ dn̄s nr̄ cum discipul' suis obseruasse. Legit em̄ Luce. viij. q̄ mulieres q̄daꝫ seq̄bantur xp̄m ⁊ mīstrabāt illi de facultatib⁹ suis. Iste autē mod⁹ viuēdi sic videt valere q̄ illis a q̄bus accipiunt necessaria repēdāt aliq̄d: puta orationē vl' doctrinā: aut sacramētoꝝ admīstratōem. Quia dicit dn̄s Mat. x. Dign⁹ est opari⁹ cibo suo. Et. j. Chor̄. ix. q̄ dn̄s ordīauit vt hij q̄ euangeliuꝫ annūciāt de euāgelio viuāt. sicut q̄ altari seruiunt cum altari participant. Illi v̄o qui ī nullo officio populo ministrāt incōueniēs videt si a populo recipiāt vite necessaria. maxime si nō indigent. si tn̄ seruiūt illis q̄ ꝓsunt populo ꝑcipe possunt. Ex q̄b⁹ colligit q̄ licꝫ p̄dicti tres modi viuēdi sint boni: tn̄ ceteris parib⁹ quartus viuēdi mod⁹ est ꝑfectior: tum ꝓpter saluatoris exēplū: tum propt' apl'i dictum. j. ad Chor̄. ix. Si vobis nos spūalia seminam⁹ nō est magnū si nos carnalia vestra metamus. De⁹ em̄ plus pēsat spūalia q̄ꝫ tꝑalia. et multo magis acceptat affectum q̄ꝫ cēsum. Unde Grego. in ome. hodierna. Multū ergo petrus ⁊ Andreas dimisit qn̄ vterq̄ꝫ etiā desideria habēdi reliquit. multū dimisit q̄ cum re possessa etiam ꝯcupiscētijs renunciauit. A seq̄ntib⁹ ergo xp̄m tāta dimissa sunt q̄nta a nō seq̄ntib⁹ ꝯcupisci potuerunt. Nemo igit cum q̄sdā ꝯspicit multa dereliquisse apud semetip̄m dicat. Imitari volo hui⁹ mūdi ꝯtēptores sed q̄d derelinquā nō habeo. multa fratres dereliquistis si terrenis desiderijs renūciastis. Exteriora em̄ nostra deo quantūlibet parua sufficiūt. Cor nanq̄ ⁊ nō substantiā pensat de⁹. neq̄ ꝑpendit quantū in eius sacrificio sed ex quanto ꝓferatur. Nam si exteriorez substantiā ꝑpendamus ecce sancti negociatores nostri ꝑpetuam angelorū vitā datis rhetib⁹ ⁊ naui mercati sunt Estimatōem q̄ppe p̄cij nō habet sꝫ regnum dei tātū valet q̄ntū habes. Ualuit nanq̄ ꝫacheo dimidiū substantie. valuit Petro ⁊ andree dimissis rhetibus ⁊ naui. valuit vidue duob⁹ minutis. valuit alteri calicem aque frigide. Regnū itaq̄ dei (vt diximus) tantuꝫ valet quantū habes. Hec ille. Si igit tu non poteris om̄es res tuas relinq̄re ꝓpter familiā tuā saltem desideriuꝫ ⁊ amorē eaꝝ supfluū relinque. q̄r dicit Bern̄. Plus nocꝫ cōcupiscētia q̄ꝫ substantia. Et psal. Diuitie si affluāt nolite cor apponere. Cuius rōem dat August. Talis est vnusq̄sq̄ q̄lis sua dilectio. si terrena amas terra es. si deum amas de⁹ es. s. ꝑticipatiue. Bn̄ igitur dicebat Petrus ī ꝑsona seq̄ntiū xp̄m Math. xix. Ecce nos reliq̄mus om̄ia

et secuti sumus te. qꝛ al'as seq̄ ip̄m ꝑfecte nō potuissent. Hinc Bern̄. Petre qꝛ oīa dereliq̄sti bene fecisti. qꝛ onerat⁹ seq̄ eum nō poteras q̄ exultauit vt gigas ad currendā viā ꝑfectiōis. Secūdū ad seq̄ndū xp̄m necessarium est alijs suam voluntatē submittere ꝑ veram obediētiā. iuxta illud Math. xvj Qui vult venire p⁹ me abneget semet ip̄m ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Ubi Gre. Nec sufficit homī sua relinq̄re nisi relinquat ⁊ se. Nō em̄ ml'tū est relinquere sua. sed valde magnū est relinq̄re semetip̄m ꝑ obediētiā. qꝛ hoc magis acceptat deus. j. Reg. xv. Melioꝛ ē obediētia q̄ꝫ victime. Hinc Ber̄. ꝺ noua militia. Nec studiū bone actionis: nec ocium sancte contēplatiōis: nec penitētis lachryma valet sine obedientia. Terciuꝫ necessariū ad seq̄ndum christum est ꝓ ipso penalitatem subire. qꝛ dicit christus Lu. xiiij. Qui nō baiulat crucē suam ⁊ sequit̄ me nō est me dignus. Et sic in ꝑfecta xp̄i seq̄la requirit̄ totalis tꝑaliuꝫ contēptus. ⁊ a ꝓprijs volūtatib⁹ recessus. ac ꝓ ipso subire cruciat⁹. Quia si vnū horuꝫ triū defuerit: nō ꝺꝛ q̄s christum sequi. Nam multi sustinent cruciat⁹ sicut latrones: ⁊ tamē non sequunt̄ christum Sil'r multi ph̄i pagani oīa carnalia et carnaliuꝫ voluptates abnegauerūt ꝓpter scīe acq̄sitionem ac v̄tutū moraliū adeptionez que acquiri nō p̄nt nisi mortificatis passionib⁹. sicut Plato ⁊ socrates. Unꝺ Dyogenes de q̄ refert Hieronymus et Seneca ꝙ fuit maximus mūdi ꝯtēptoꝛ: ita ꝙ tm̄ baculuꝫ et ciphum seu picariū habuit cū q̄ ad fontem bibebat. Cum aūt semel vidisset hominē manibus bibentē ciphum suum fregit dicens. Nesciebā qꝛ natura mihi h̄ p̄stitisset isto carere adminiculo. Is etenim nolebat in ciuitatib⁹ habitare nec domum habere: sed ī deserto in quodaꝫ morabatur dolio. ita ꝙ in estate vmbrā ⁊ in hieme solez habebat. quia in estate fundū soli opponebat: in hieme vero os dolij ad solez voluebat. Cum autē Alexāder in venando ad eum veniēs ⁊ ꝯsistens ante eū vmbrā sibi faceret: dixit ei. Uellē vt mihi nō auferres qꝺ mihi dare nō potes. Qꝺ impato intelligens ad aliaꝫ partē diuertit dicens se mirari ꝙ non videbat̄ potestatē eius timere. Cui ille respōdit. Potentiā tuā nō timeo quia aut est p̄terita: aut p̄sens: aut futura. Illa que est p̄terita p̄terijt ⁊ nō est. futuram potētiā nō timeo qꝛ incerta est. nec p̄sentē qꝛ modica est ⁊ cito trāsitoria. Cū aūt q̄ astabāt in eū vellēt irruere p̄cepit ne q̄s eum tāgeret dicēs. Nō dei est q̄ ꝓpter potentie timorē v̄itatez nō tacet. Sil'r ꝺ Socrate dicit Hieronymus in omel'. Petrus piscatoꝛ erat diues nō fuerat. cibos manu ⁊ arte q̄rebat: ⁊ tn̄ loq̄tur ꝯfidenter: dimisim⁹ om̄ia. Et qꝛ nō sufficit tm̄ relinq̄re adiungit qꝺ ꝑfectū est. et secuti sumus te fecimus qꝺ iussisti. q̄d ḡ dabis nobis p̄mij. Jesus aūt dixit illis. Amen dico vobis ꝙ vos q̄ secuti estis me in regeneratōe cū sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue sedebit⁹ ⁊ vos sup̄ sedes. xij iudicātes. xij. tribus isrl'. Nō dixit tm̄. qui reliquistis om̄ia: hoc eī ⁊ Socrates ph̄s fecit: qui dum Athenas philosophandū ꝑgeret magnū pondus auri proiecit in mare dicens. Mergaꝫ te ne mergar a te. Nec tn̄ mersio nihil ꝓfuit ad eternā beatitudinez. O christe pijssime. o iudex omniū iuste. o nate v̄ginis intemerate respice de solio maiestatis tue: et vide sub tuo pio noīe ꝙ plus onerauerunt animas tēporaliū auaricia: carnaliū ꝯcupiscētia q̄ꝫ sub nom̄ie demonū ph̄i. et ipsi vere vere so

lo vno pede sequunt̃ te et alio diabo/
lũ. sequunt̃ em̃ noĩe te sed opere diabo
lũ. De q̃bꝫ ad Titũ. j. Cõfitent̃ se nosse
deũ ꝟbis fact̃ aũt negant. Sed beat⁹
andreas optime attẽderat ꝟba tua. q̃
oĩbꝫ relictis secut⁹ est in pauptate: hũi
litate: ⁊ passionis acerbitate. Scdo
beatus andreas apostolus ex premis
sis thematis ꝟbis cõmendat̃ a sui di
gna ꝓmotione. cum dr. ⁊ faciam vos
fieri piscatores hoĩm. nõ bonoꝝ tem/
poraliũ. non bonoꝝ mundialiuꝫ: sed
hoĩm. ideo mittens eos saluator ad p̃
dicandũ dixit Matth. x. Nolite possi
dere auꝝ ⁊ argentũ neqꝫ pecuniam in
zonis vestris: gratis accepist̃ grat̃ da
te. Uñ circa btĩ andree ꝓmotionẽ tria
vtiliter consideremus. scꝫ

Primo ꝓmotionis celeritatẽ.
Secũdo ꝓmoti q̃litatem
Tercio ꝓmotiõis vtilitatẽ.

Primo q̃dem ꝯsideremus ꝓmotõis
celeritatem. qꝛ mox vt elegit ip̃m secu/
tus est. Elegit aũt xp̃s dñs btm̃ An/
dream ad q̃ttuor. s. ad sui noticiaꝫ. ad
discipulatus gr̃am. ad apostolat⁹ ex/
cellentiam. ⁊ ad passiõis ignominiaꝫ.
Primo elegit btm̃ andreaꝫ saluator
ad sui noticiam. sic em̃ habetur Joh.
j. Stabat iohãnes et ex discipulis ei⁹
duo. ⁊ respiciẽs iesum ambulantẽ di/
xit. Ecce agnus dei. ecce q̃ tollit pecca/
ta mũdi. ⁊ audierũt eũ duo discipl̃i lo
q̃ntẽ ⁊ secuti sunt iesũ. Cõuersus autẽ
Jesus vidit illos sequẽtes se: dixit eis.
Quid q̃rit̃. Qui dixerũt. Rabbi vbi
habitas. Dicit eis. Uenite ⁊ videte. ⁊ ve
nerunt ⁊ viderũt vbi maneret. ⁊ apud
eum mãserũt die illo. Erat aũt andre/
as frater symonis petri vnus ex duo/
bus q̃ audierant a Johãne. Hic inue
nit p̃mũ fratrẽ suum symonẽ ⁊ dixit ei
Inuenim⁹ messiam. ⁊ adduxit euꝫ ad
iesum. ⁊ intuitus eum iesus dixit. Tu
es symon filius iohãna. tu vocaberis
cephas q̃d interp̃tat̃ petr⁹. O vera fra
ternitas. o amicicie sinceritas. vt tãtũ
thesauꝝ a fratre suo nõ occultaret sed
potius secum possidendo ꝯgauderet.

Scdo in ꝓmotione btũs andreas
elect⁹ fuerat ad discipulatus gratiaꝫ.
Matth. iiij. Uenite post me faciã vos
fieri piscatores hoĩm. At illi relict̃ rhe
tibus secuti sunt eum: tanq̃ꝫ discipuli
magistrũ. Hec aũt repentina secutio
eoꝝ oriebat̃ ꝟm Hiero. sup Math. p̃
mo ex verbi dei ꝟtuosa opatione. cuꝫ
em̃ dixit saluator. Uenite post me. cor
medullit⁹ penetrauit ⁊ mox post se cõ
uertit. Heb. v. Uiuus est sermo dei et
efficax ⁊ penetrabilior om̃i gladio an/
cipiti. Et ps̃. Dedit voci sue vocẽ ꝟtu/
tis. Scdo hoc ꝓuenit ex diuĩa inspira
tione. Uocauit em̃ ꝟboꝝ sono exteri⁹
sed intrinseca inspiratione cordinsec⁹.
vt dicere poterat btũs andreas illud
ps̃. Audiã q̃d loquat̃ in me dñs. Gre.
Uox dñi audit̃ cũ eius inspiratio mẽ
te ꝯcipit̃. Et hoc ꝓuenit ex mirabili fa
ciei irradiatiõe. Quidaꝫ em̃ fulgor di
uine maiestat̃ occulte relucebat ĩ hu/
mana xp̃i facie: vt etiam p̃mo aspectu
traheret homines. Hiero. Sicut ma
gnes attrahit ferrũ sua ꝟtute: sic dñs
celi ⁊ terre trahere potest quez vult.

Tercio ꝓmouit btm̃ Andreã chri/
stus ad apostolat⁹ excellentiã. Mat.
x. Conuocatis iesus. xij. discipulis de
dit eis ptãtem ⁊c̃. Quarto xp̃s b. An/
dream ꝓmouit ad passiõis sue igno/
miniã. qꝛ sicut ipse in cruce triumpha
uit: sic btũs Andreas. Scdo in ꝓ/
motione btĩ andree ꝯsiderem⁹ ꝓmoti
q̃litatẽ. q̃les scꝫ xp̃s elegit sibi ad sub/
iugãdũ totũ mũdũ iugo fidei: qꝛ sim/
plices illitteratos. Uñ Aug⁹. ĩ sermõe
de kalẽdis ianuarij. Non elegit reges
potentes aut hui⁹ mundi sapiẽtes: ne

vocatio fidei ascriberet sapiētie et potē
tie hūane. Et.j.ad Cor.j. Non cogno
uit deū mūdus ꝑ sapientiam placuit
deo per stulticiā ꝑdicatiōis saluos fa/
cere credentes. Et infra. Uidete voca/
tionē vestrā fratres. qꝛ nō mlti sapien
tes ꝑm carnē. nō mlti potētes. nō mul
ti nobiles: sed q̄ stulta sunt mundi ele
git deꝰ vt ꝯfundat sapiētes: vt nō glo/
rietur oīs caro in ꝯspectu eiꝰ. O deꝰ eter/
ne ecce iam nihil curant de bona vita
ꝓfectu aīaꝝ. sed eligūt sapiētes opulē/
tos et potētes: cum tñ oī ꝓcuratiōe et
defensione deberent eligere valentes. si
cut admonet Policratꝰ li.vij. ca.xix.
Illitteratꝰ est quē vult eligere. Rñdēt
Nec scolas freq̄ntasse legunt apl'i. Ju
uenis est. Legimꝰ seniores a puero da
niele cōdēnatos. Insipiēs est: sed ꝑ in/
sipientiā deus decreuit saluare fideles
Percussor est. sed petrus exemit gladi
um. Meticulosus est. sꝫ ionas ad ni/
niuitas veritus est accedere. thomas
ad indos. Uinolētꝰ ēꝛ gulosus. sed do
minus dictꝰ est vini potator. Cōtētio/
sus est. inter christi discipl'os facta cō/
tentio cōmemorat. Hec ille. Si v̄o
q̄ras Que est causa q̄ istos elegit ꝛ nō
alios ad apostolatū. Rñdet Augꝰ. su
per Joh. Causa in generali est vt ī ist
refulgeat ordo diuine misericordie. et
in alijs q̄s nō elegit ordo diuine iusti/
cie. In speciali v̄o causa esse potest sed
iniusta esse nō potest. sed stat in dei mi
sericordia que nulli est obligata de ne
cessitate. Ro.ix. Nō volentis neqꝫ cur
rentis sed dei miserent. Et subdit Au
gust. Noli velle iudicare si nō vis erra
re. sed potiꝰ ora vt eligar. si forte tunc
te elegisset dimisisses xp̄m. sicut multi
abierunt retro audito illo v̄bo. Caro
mea vere est cibus Joh.vj. Tercio
ꝯsideremus ꝓmotiōis vtilitatem. q̄a
xp̄s ꝓmouit ip̄m ad q̄rendū p̄ciosum
thesauꝝ videlicꝫ hoīm aīas: q̄bꝫ nihil
est deo acceptiꝰ. Uñ Greg. sup Ezechi
elē. Nullū deo tale sacrificium sicut ze
lus aīaꝝ. Que q̄dem discrete sunt q̄rē
de ꝛ si sollicite. vicꝫ ne perdat ꝓpria. q̄a
dicit saluator Math.xvj. Quid enim
ꝓdest homini si mundū vniuersuꝫ lu
cret: aīe v̄o sue detrimentū patiat. aut
quā dabit hō cōmutationē ꝓ aīa sua.
q.d. nulla res p̄ponderat anime rōna
li. Tercio beatꝰ andreas ex thema/
tis verbis ꝯmendat a mali prompta
elongatione. cum dicit. At illi ꝯtinuo
relictis rhetibꝫ. i. occasiōibꝫ omnibꝫ q̄
in mundo detinent hoīes. Per aquaꝫ
em̄ intelligit populus. iuxta illd Apo
cal.xvij. Aq̄ multe populi multi. Per
pisces saluati ꝑm illud Abacuc.j. Fa/
cies hoīes quasi pisces maris. Per pi
scatores v̄o intelliguntur p̄dicatores
iuxta illud Hiere.xvj. Mitto eis pi/
scatores mltos ꝛ piscabunt eos. Per
rhete aliquādo significat verbum dei
ꝑm illud Lu.v. In verbo tuo laxabo
rhete. Duplex em̄ est rhete. scꝫ saluatio
nis: quod beatus andreas non reliq̄t
sed potius refecit. Secundū dānatio/
nis qd̄ penitꝰ dereliq̄t. de q̄ ps̄. Cadēt
in rhetiaculo eius pctōres. Et tale est
sextuplex. scilicet

Primū lenitat.
Secundū pluralitatis.
Tercium benignitatis.
Quartum exemplaritatis.
Quintum iuuentutis.
Sextum necessitatis.

Primuꝫ rhete diaboli quo piscat ad
coquinā inferni est lenitat: q̄ dum ca/
pere vult pctōres suggerit homī q̄ nō
sit tam duꝝ sicut p̄dicatores dicūt in/
ferni tormentum. Et ideo vulgariter
dicit. Nō est tā horridus diabolus sic
depingit. qd̄ falsuꝫ est. Quia dic Gre.
Est taꝫ horrida visio demonum vt si

damnati nullā aliā penā sentirēt: maxima esset hec sola pena. sicut eñ sancti in celo ineffabile gaudiuz habēt de visione sctōꝝ: ita dānati de visione demonū. Unde in vitaspatrū legit̄ ꝙ q̄dā patꝝ dixit ꝙ taz terribile est videre demonē vt si vnꝰ caminꝰ esset cādens et ꝓtēdens vsqz ad finez mūdi: ⁊ optio daret̄ vt aut demones videat aut caminū intret: potiꝰ vellet intrare caminū. q̄z nullus possz viuꝰ videre demones q̄usqz vnū pr̄ nr̄ diceret̄: nisi deus ꝯseruaret. Itē irretiti a diabolo dicūt: ha infernꝰ nō est ita calidus sicut p̄dicatores dicunt. ⁊ in hoc miseri veꝝ dicūt ꝙ nō est ita calidus. sz magꝫ mille milies q̄z dici possit. q̄ non vno anno vel centū aut mille annis sed in eternuz cremabit dānatos. iuxta illud Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternum. O igit̄ irretite ⁊ captiue diaboli audi nūc q̄ disputas cum creatore tuo q̄d dicat Esa. xxxiij. Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorāte. aut q̄s hītabit ex vobis cū ardoribꝫ sempiternis. Sil'r captiui diaboli si nō dicūt voce: dicūt tñ corde: ha nō est ita difficile saluari sicut allegāt p̄dicatores. Contra hos clamat saluator Matth. vij. Arta est via q̄ ducit ad vitā. Et. j. Pe. iiij. Justꝰ vix saluabit̄. ⁊ soluz saluant̄ iusti. p s̄. Hec porta dñi iusti intrabūt in eam. Et dei filiꝰ dicit. arta est via. Quis audet aliō p̄dicare nisi dei inimicꝰ. et idō talis nō audiēdus est. q̄z dicit Bern̄. Christꝰ q̄ nō fallit̄ elegit qd̄ carni molestiꝰ est. illud magꝫ eligēdū. ⁊ q̄sq̄s aliud docz aut suadet ab eo tanq̄z a seductore cauendū est. Scd̄m rhete diaboli d̄r pluralitatꝫ cū q̄ capit homies dū suggerit. q̄cquid tu fecisti mali: alij plura fecerūt. imo etiā viri eccl'iastici ⁊ religiosi q̄dā faciūt talia qd̄ tu vix auderes facere: ⁊ illi legūt in scriptura: et sperant saluari. si eñ tales ꝑirent oēs tūc q̄d hr̄et deꝰ de mūdo. Rñdet̄ ꝙ solū bonos ⁊ hūiles: si etiaz solū tres essent ī mūdo. sis igit̄ bonꝰ ⁊ hūilis ⁊ tu erꝫ vnꝰ. nec ꝯfidas de ml'titudie. q̄z dicit saluator Mat. xxij. Multi sūt vocati: pauci v̄o electi. Et hr̄. ij. q. j. ml'ti. Nō minꝰ ardebit q̄ cum ml'tꝫ ardebit. Et Hiero. Multitudo sociorū nō sinit crimē impunitū. Ideo respice exēpla bonoꝝ: p̄sertim filij dei q̄ dic̄. Discite a me. Amb. Sctōꝝ vita est nobis viuēdi norma. Terciū diaboli rhete d̄r benignitatis q̄ capit hoīes dum suggerit. deꝰ multotiēs misericorditer egit tecū: ibi lib̄auit: ibi custodiuit: ibi bona dedit. sz ꝓfecto totū h̄ fecit misericors deꝰ tibi ideo: vt ad ip̄m ꝯuertaris. non ideo vt ip̄m pctis tuis irritares. Cōsidera diligent̄ ꝑabolaz de tua sterilitate Lu. xiij. de ficulnea. de q̄ d̄r sic. Arborē fici habebat q̄dā plātataz ī vinea sua. ⁊ venit q̄rēs fructū ī illa ⁊ n̄ īuenit. dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce anni tres sunt ex q̄ venio q̄rēs fructuz in ficulnea hac ⁊ nō īuenio. succide g̃ illā vt q̄d etiā t̄rā occupat. At ille dixit. Dñe dimitte illā ⁊ h̄ anno vsqz dū fodiā circa illā et mittā stercora et siq̄dē fecerit fructū. sin aūt: ī futuꝝ succides eā. Hec arbor ficulnea ē hō steril' bōis opibꝫ cui mors ꝓlōgat̄ vt cōuertat̄. q̄ fodit̄ ꝑ timorē. cui stercꝰ mittit̄ ꝑ mortis corruptiōez. cui tandē d̄r id Mat. vij. Oīs arbor q̄ nō facit fructū excidetur ꝑ mortē: ⁊ in ignem mittet̄ inferni.

Quartū diaboli rhete d̄r exēplaritatis q̄ capit hoīes stultos quando suggerit. petrus negauit xp̄m. paulus ꝑseq̄bat̄ eū. maria magdalena multuz peccauerat: ⁊ isti oēs magni sancti effecti sunt. tu g̃ si magnus sc tūs fieriñ poterꝫ: saltē nō dānaberꝫ. Sz hoc rhete rumpe sic cogitādo ꝙ isti non sunt

nobis dati in exemplu3 peccādi. sed in spem reuertēdi. cū hos secut⁹ fuisti i culpa: seq̄re z i pnīa. q3 nec isti fuissent scti effecti nisi penituissent. velis q3 deus te sine volūtate tua bona saluaret qō nullo mō faciet. Vnde pō. Spera i deo z fac bonitatē. ⁊Prouer. x. Spes ip̄ioꝝ pibit. Et btūs Bernā. Maledictus q̄ peccat i spe: dicēs. hoc facio z remittet de⁹. Quintū diaboli rhete ōz iuuētutē q̄ capit iuuenes dū suggerit. iuuenis es z adhuc sufficiens ps babes ad penitēdū. Sz h rhete rūpēduz est sic. indifferēter iuuenes moriunt⁹ sicut senes: ignoro certe si ad senilē etatē puenīā. q3 dicit Bernā. Quid in reb⁹ hūanis est certi⁹ morte. z Greg. super Ezech. Cōditor nr̄ die mortē incognitū esse voluit. vt dū ignorat⁹ sp̄ prim⁹ esse credat. z tāto q3 feruētior debet cē in opatōe q̄nto icertior ē vocatiōe. Ad h etiā saluator monet Luc. xij. Estote parati q3 q̄ hora n̄ putatis. Sextū rhete diaboli q̄ capit homines ōz necessitat⁹. q3 ponit dū suggerit. si debeo saluari saluabor: si debeo dānari damnabor. q3 de⁹ añ mūdi cōstitutionē p̄destinauit q̄s voluit. Q3 sic est rūpendū et exeundū de eo. Dicit scūs Tho. i. j. parte. q. xxiij. q3 p̄destinatio nō ponit necessitatē hūanā opandi i saluādis sicut nec p̄scientia male agendi in damnat⁹. vt patet xxiij. q. iij. Nabuchodonosor. Vasis ire nunq̄ de⁹ redderet interituz si non spōtaneū inuenirēt hō hāc pcīm. Quero. q̄re fac⁹ medicinā: si de⁹ p̄uidit sanaber⁹. q̄re in nauigādo vter⁹ remige: q̄re vter⁹ naue si de⁹ p̄scīuit q3 nō morieris in mari. O stultissima cogitatio: nō intelligentes q3 de⁹ sic ordinauit vt p̄ bona opa veniāt ad salutē homines. cur tūc fili⁹ dei passus fuisset. cur p̄dicasset. cur se hūiliasset: si de necessitate saluari hoies potuissent. Tene certū.

Quarto b. Andreas ex p̄missis thematis vbis cōmendat⁹ ab vtili et pia afflictiōe. cū ōz. secuti sunt eū scz ipsoꝝ magist⁹ in crucis patibulū. Quē autē secutus sit: patet in sua legēda vbi habet q3 sicut xp̄s innocenter passus est sic btūs Andreas. vnō pp̄lus clamabat dicēs. Innocēs hui⁹ sanguis sine causa mali dānat⁹. Rogemus tē.

De sancto Nicolao Sermo. iiij.

Beatus qui

b intelligit sup egenū et pauperē in die mala liberabit eum dñs. ps. xl. Ad gloriosam laudē btī antistitis Nicolai hec verba rōnabiliter dicunt⁹: q3 existēs beatus fuit pietate plenus z in die tentationis z mortis liberat⁹. q3 igit̄ vult a malo liberari debet btm̄ Nicolaū imitari in elemosynaꝝ largitione p̄ tria potissime. scz

⁊Prīo qz misēdia pniam impetrat.
Scdō. qz misēdia pctō obstat.
Tercio qz misēdia a diabolo libat.

⁊Primo nanq3 dixi q3 in misēdia debemus btm̄ Nicolaū imitari. qz ipa penitētiā verā impetrat. qz dicit Hiero. sic. Nō memini me legisse mala morte mortuū q̄ fecit misericordiā. Et ambro. Dis summa xp̄iane religionis in misericordia z pietate consistit quam aliquis sequēs z si lubricū patiat⁹ carnis: sine dubio vapulabit sed nō peribit scz si nō obstinata mēte peccat: aliq̄n thesaurizat sibi iram dei. ⁊Ro. ij.

Secundo q3 debem⁹ btm̄ Nicolaum seq̄ in misēdia q̄a ipsa peccato obstat. Dicit em̄ sic Eccī. iij. Ignem ardentem extinguit aq̄. et elemosyna resistit peccato. Vnde Bernā. super cant. Bonum est vnguētū p̄enitentie q3 dereconciliatione peccatoꝝ ꝓficitur. melius

deuotōis: qđ de recordatōe bñficiorū dei: porro vtrūq; vincit vnctio pietatis

Tercio deniq; debem⁹ sequi beatū Nicolaū in misericordia: quia ipsa a diabolo liberat. multa certe potest diabolus in q̄b⁹ supat hoīem. puta vigilare qr nunq̄ dormit. ieiunare qr nūq̄ comedit. sz quia crudelis est nō potest facere misericordiā. Uñ glo. sup illđ psal. Misericordia mea ⁊ refugiū: dicit De nullo sic vincit diabol⁹ sicut đ misericordia. Et quia btūs Nicola⁹ ipsa fuit plenus: ideo merito de eo dicitur Beatus q̄ intelligit sup egenū et pauperem. In q̄b⁹ q̄dē v̄bis gl'iosus Nicola⁹ a trib⁹ specialit ꝯmendat. scz.

Primo a pfecta btitudie. ibi. beat⁹.

Secundo a misericordie magnitudine. ibi. qui intelligit

Tercio a liberatōis munimine. ibi in die mala ⁊c.

Primo itaq; dixi q̄ ex verb thematis btūs Nicolaus ꝯmendat a pfecta beatitudine vie p̄sentis. Et qr ſm Aug. omnis homo naturalit appetit beatitudinē Idē dicit in li. de ciui dei q̄ nihil volitū nisi cognitū. īuisa inquit diligere possumus sed nō incognita. Et phs. iij. de aīa. ⁊. xij. metaph. Uolūtas nō fertur in aliquid p amorem nisi cognoscat vt bonū. Et ideo vt mag' magisq; ip̄am beatitudinē sciam⁹ appetere ⁊ intelligere eius quidditatē tripliciter declaremus. scz

Primo diffinitione

Secundo diuisione

Tercio similitudine.

Primo inq̄ quidditatē beatitudinis declarem⁹ diffinitōe quid vicz sit ſz rē Unde ſm Boeciū sic diffinit. Beatitudo est status omniū bonoꝝ aggregatōe pfectus. Et Isido. de sūmo bono sic diffinit. Uere inquit beat⁹ est q̄ ⁊ recte credendo bñ viuit ⁊ bñ viuēdo fidem rectam custodit. Idē libro ethymologiaꝝ. Beatus dicit quasi bene actus scz ab habēdo qđ vellet ⁊ nō patiēdo quod nollet. Ille autē vere beat⁹ est qui ⁊ habz om̄ia q̄ vult bona ⁊ nihil vult male. Ex hijs em̄ duob⁹ beat⁹ homo efficit. Et btūs Aug. de mor. ecclesie. Beatus q̄ntū existimo neq; ille dici pōt q̄ nō habz qđ amat neq; q̄ nō amat qđ habz: etiā si optimū sit. Nā ⁊ q̄ appetit ⁊ adipisci nō potest cruciat. ⁊ q̄ adeptus est quod appetendū nō esset fallitur. ⁊ qui nō appetit quod adipiscendū est egrotat. hec ille. Ex q̄bus oībus intelligere possum⁹ q̄ circa beatitudinem errauerūt omnes phi: q̄ꝝ q̄daz posuerūt eā ī voluptate carnis. quidā in tēporalib⁹ diuitijs: quidam in honoribus mūdanis. quidā in scientijs acquisitis. quidam in virtutib⁹ adeptis. Hec autē singula pertractemus ⁊ videbimus q̄ in hijs nō consistit vera btitudo. Primo dixi q̄ q̄daz philosophoꝝ sicut epycuri posuerunt beatitudinē in voluptate carnis. ⁊ hāc magno studio extulerunt ⁊ secuti fuerunt: vtpote luxuriantes: comedētes ⁊ bibentes: dormientes ⁊ quiescentes. Sed hūc errorē alij philosophi reprobauerūt: sicut stoycus Arestoteles secūdo ethicoꝝ dicit. Insatiabilis est delectabilis appetitus: ergo non est perfectus status omniū bonorū aggregatione: īmo est contrari⁹ status vere beatitudini. Uera beatitudo mentez eleuat in contēplatione. delectatōnem vero carnis deprimit. Unde Gregori⁹. Tanto inquit vnusquisq; a superno amore disiungitur: quanto inferi⁹ delectatur. Ideo dicit ip̄a veritas Luce vj. Ue vobis qui saturati estis qr esurietis. Et ideo christus filius dei ī presenti elegit quod carni molestius est q̄ tamen non fallitur. Quidam deniq;

btitudinē posuerūt in mūdanis diui/
tijs ⁊ has ꝑ phas ⁊ nephas prosecuti
sunt. de q̄bꝫ ps̄. Oues eoꝝ fetose abū/
dantes in gressibꝫ suis: boues eorum
crasse. Nō est ruina macerie neq̄ trāsi
tus: neq̄ clamor ī plateis eoꝝ. Prō/
ptuaria eoꝝ plena: eructātia ex hoc in
illud. Filie eoꝝ composite vt silitudo
templi. ⁊ subdit. Btm̄ dixerunt popu
lum cui hec sunt. Sed reuera nō sunt
btī q̄bꝫ hec sunt. sed q̄ꝝ est dn̄s deꝰ eo/
rū. quia diuitias saltez in morte relin/
quent velint nolint. Hinc ps̄. Relin/
quēt alienis diuitias suas: ⁊ sepulcra
eoꝝ domꝰ illoꝝ in eternū. Sed ⁊ sal/
uator mūdi docuit nō esse diuites be/
atos sed miseros: dicens Matth. xix.
Amē dico vobis q̄ diues difficile in/
trabit in regnū celoꝝ. Et iteꝝ dico vo/
bis: facilꝰ est cameluz ꝑ foramē acus
trāsire q̄ꝫ diuitē ītrare ī regnū celoꝝ. et
btūs Hiero. ad Eustochiuz. Diuinis
euāgeliū vocibꝫ intonat: nemo p̄t du/
obꝫ dn̄is ꝑuire. ⁊ q̄s audeat xp̄m dn̄m
mēdacē facere: deo ⁊ māmone ꝑuiēdo.
Uociferat̄ ille sepe Qui vult venire pꝰ
me abneget semetip̄m ⁊ tollat crucem
suā ⁊ sequat̄ me. ⁊ ego onustꝰ auro ar/
bitror me seq̄. O q̄ꝫ mlti xp̄iani q̄runt
plus diuitias q̄ꝫ etnā vitā: q̄bꝫ tn̄ do/
minꝰ deꝰ eoꝝ dedit v̄bo ⁊ exemplo for
mā pauꝑtat̄. q̄ꝛ nudus mori voluit.
Quidā etiā btitudinē posuerūt ī hono
ribꝫ mūdanis. puta ī fama ⁊ laude. sꝫ
hoꝝ errorē reprobauit xp̄s dn̄s Joh.
vj. quē duz regē facere vellēt fugit. vbi
Greg. ait. Rex fieri noluit ⁊ tn̄ ad pa/
tibulū crucꝫ spōte venit. ⁊ ps̄. Uidi im
piū superaltatū ⁊ eleuatū sic cedros li
bani. transiui ⁊ nō erat. q̄siui ⁊ non est
inuentꝰ locus eiꝰ. Quidā etiā btitudi/
nē putauerūt ī scientijs acq̄sit̄. et ideo
magno labore studebāt fugiētes diui
tias vt possent esse sapiētes. sicut So
crates dū athenas ꝑgeret magnū pō
dus auri ꝓiecit in mare dicēs. Mer/
gā te ne mergar a te. Sꝫ hūc errorē re
probauit xp̄s filiꝰ dei viui di. Math.
xj. Cōfiteor tibi pr̄ dn̄e celi ⁊ terre quia
abscōdisti hec a sapiētibꝫ ⁊ prudētibꝫ:
⁊ reuelasti ea ꝑuulis. Et apl̄s. j. Cho.
j. dicit. Ubi sapiēs: vbi scriba: vbi inq̄/
sitor huiꝰ seculi. nōne stultā fecit sapiē
tiam huiꝰ mūdi. Nā nō coḡuit mūdꝰ
ꝑ sapiētiā deū. placuit deo ꝑ stulticiaz
p̄dicatōis saluos facere credētes. Qui
dā insuꝑ btitudinē putauerūt in v̄tu/
tibꝫ naturalit̄ adeptis vel acq̄sitis: sic
in iusticia fortitudine temperantia ⁊c̄
Sicut dyogenes reliq̄t oīa bona sua
⁊ vt v̄tuosus esse possit nihil p̄ter cra/
terem secū in heremū portās ad bibē/
dum aquā. ⁊ dū is videret quendam
manu lābētē aquā ꝯfregit vas dicēs.
nesciui q̄ natura huic necessitati sub/
uenisset. Sꝫ reuera nō est vera btitu/
do in hmōi virtutibꝫ: sed in virtutibꝫ
charitate informatis. O igit̄ xp̄i disci/
puli. o veri christiani audite ⁊ attendi
te vbi sit vera btitudo ⁊ hāc totis viri/
bus: vtpote ieiunijs: vigilijs elēosynis
⁊ oratōibus acq̄ratis: q̄ꝛ qui hic bea/
tus nō fuerit nunq̄ꝫ beatificabit̄. q̄ hic
sctūs nō fuerit nūq̄ꝫ sanctus erit. Uis
igit̄ esse vere btūs attende magistꝝ tu/
um christū dn̄m q̄ recte docuit q̄d faci
endo btūs eris Mat. v. vbi dixit. Be/
ati pauꝑes spū qm̄ ip̄oꝝ est regnū ce/
lorū. Btī mites qm̄ ip̄i possidebūt ter
ram. btī q̄ lugent qm̄ ip̄i ꝯsolabūt̄. be/
ati mificordes qm̄ ip̄i mificordiā cō/
seq̄ntur. btī mūdo corde qm̄ ip̄i deum
videbūt. beati pacifici qm̄ filij dei vo/
cabunt̄. btī q̄ esuriūt ⁊ sitiunt iusticiaz
qm̄ ip̄i saturabūt̄. btī q̄ ꝑsecutōz pati
unt̄ ꝓp̄t iusticiā qm̄ ip̄oꝝ ē regnū celo
rum. Et vt hec clarius declarantur
Scdo quidditatē btitudis d̄clarem⁹

diuisione. Dicit em̄ Lyra sup Math. ca. v. q̄ btitudo dupliciter dicit̄. Uno modo in re. ⁊ sic est in patria. vbi facie ad faciē videbit̄ sancta trinitas ⁊ christi hūanitas: ac omnes angeli ⁊ electi. De q̄ btitudine saluator Joh. xvij. ait Hec est vita eterna vt cognoscāt te solum deum patrē ⁊ quem misisti iesuz. Alio modo btitudo d̄r in spe. ⁊ sic habet̄ in via in viris excellentibꝫ in virtute qui appropinquant vite beate. q̄ dicunt̄ q̄dāmodo beati. quia dicit phs ij. phisicoꝝ. Qd̄ paruz distat quasi nihil reputat̄ distare. Et sic ꝑm magnū Albertū septē sunt btitudīes ꝑm graduū distinctiones: q̄zuis octo sint ꝑm essentiā vt enumeratū est. Cuius ratō talis est. Nam ad ꝑfectionis integritatem tria req̄runt̄. scz recessus a malo. ꝓcessus in bono. ⁊ stat⁹ ꝑfectus ī optimo. Sed q̄ vult recedere a malo scire debet q̄ maluz aut ꝓcedit ex malicia: aut ꝯcupiscētia: aut superbia. Contra hec tria recessum a malo īpediētia sūt tres btitudines. scz pauptas spēs cōtra supbiam. mititas ꝯtra maliciam luctus ꝯtra ꝯcupiscentiā. Itē ꝓcessus in bono attendit̄ ꝑm diuinam imitationē q̄ habet duas vias. vicz misericordiā ⁊ veritatem. Ps̄. Uniuerse vie dñi miscd̄ia ⁊ v̄itas. Ad hec igit̄ duo imitationē dei iuuantia sunt due beatitudines. scz esuries iusticie et affect⁹ misericordie. Preterea status in optimo constat in duobus. videlicz ī limpida cognitione: ⁊ tranq̄llitate cordis Ad que sunt due beatitudines scz mūdicia cordis. ⁊ pax mentis. Ex his igit̄ patet q̄ nullus supbus: nullus auarus vl̄ crudelis: nullus īmūdus ⁊ ꝑuersus potest esse btūs. Tercio q̄qz q̄dditatē btitudinis poterim⁹ declarare similitudīe. Nam vita btā in spe assimilat̄ paradiso voluptatis: in q̄ posuit hoīem creatuz dñs deus. vbi erat omne lignum pulcrū visu ⁊ ad vescēdum suaue. lignū etiam vite in medio paradisi. lignūqz scientie boni ⁊ mali. et fluui⁹ egrediebat̄ de loco voluptatis ad irrigandū paradisum Gen̄. ij. Paradisus est ecclesia militans in q̄ sunt omniū sanctoꝝ exempla ⁊ merita. ac ī medio lignum vite. i. corp⁹ christi. de quo ip̄e dixit Joh. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Lignū scientie boni ⁊ mali est ratio hūana. Fluuius q̄ diuidit̄ in q̄ttuor capita est sacra scriptura quam descripserūt q̄tuor euangeliste. Ergo qui vult esse beatus in spe sequat̄ exempla sanctoꝝ. ac sumat de corpe christi dñi. ac tandem se p̄paret ꝑm rationē rectam ad fontē gr̄e ⁊ sacre scp̄ture vt irriget̄ in mente. et tandem vireat in moribꝫ. ⁊ tandem ꝑueniat ad beatitudinē in re. i. visionē dei gl̄iosam. vbi appetitus hoīs quietatur. sine qua nihil potest q̄etare. naz si tibi daret̄ totus hic mundus ista cōditione vt contentarer̄. si diceres q̄ cōtentareris falsum diceres. Insuper si tibi darent̄ regna celestia ⁊ omnes angeli: adhuc vltra semp appeteres. Sz in dei visione statim affectus tuus q̄etabitur. quia nullum bonuz est qd̄ extra illam appetas. Uñ Aug⁹. ait. Domine fecisti nos ad te ideo inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Et Bernardus. Animam capacē dei nihil implere potest nisi ille ad cuius imaginē facta est. Secundo ex premissis thematis verbis beatus Nicolaus commendat̄ a misericordie magnitudine cum dicit̄. qui intelligit super egenum ⁊ pauperem. Ip̄e em̄ intellexit miseriam miseroꝝ. ⁊ suis elemosynis adiuuit eos Et hoc ī triplici suo statu. scz

Primo in statu seculari.

Secundo in statu pontificali.
Tercio in statu supnali.

Primo dixi beatus Nicolaꝰ suis elemosynis adiuuit ⁊ subleuauit miseriam inopũ in statu seclari: sciẽs ꝓfecto ꝙ cum operibꝫ misericordie potest q̃s puenire ad vitam eternã. Juxta illud Thob.iiij. Noli auertere faciem tuaꝫ ab vllo paupere.ita em̃ fiet vt nõ auertatur a te facies dñi. Sic em̃ ordiauit dominus deus vt qui misericors fuerit misericordiam consequat̃ Math. v. Beati misericordes: qm̃ ipsi misericordiam ꝯsequent̃. Et iteꝝ.qui misericors non fuerit misericordiam nõ cõsequetur. Jaco.ij. Judicium sine misericordia his qui nõ fecerint misericordiam. Et Prouerbioꝝ.xxj. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis ⁊ ipse clamabit et non exaudiet̃. sicut diues ille epulo Lu.xvj. Ideo habet̃.lxxxvj.dist.c.qui clementiã. et sunt verba Hierony. Qui inq̃t clementiaꝫ non habet:nec indutus est viscera pietatis ⁊ lachrymarum q̃ꝫuis spiritualis sit:legẽ tamen non adimpleuit xp̃i Unde sanctus Tho.scd̃a scd̃e.q.xxxij. arti.v.dicit.ꝙ dare elemosynam cadit sub precepto.⁊ qui p̃termittit ille dãnabitur. Quod ꝓbat sic.Nullus punitur pena eterna nisi ꝓ omissione alicuiꝰ quod cadit sub precepto. sed aliqui puniuntur pena eterna propt̃ huiusmodi omissionez. Math.xxv.Esuriui ⁊ nõ dedist̃ mihi manducare ⁊c̃. Ite maledicti in ignem eternum.ergo cadit sub precepto. Et hoc in duobus casibus.primo ex parte dantis. secundo ex ꝑte recipientis. Primo inquã ex parte dantis si habet superfluum. iuxta illud Luce.xj. Quod supest date elemosynam.⁊ hoc rationabile ẽ.quia charitas a se incipit.⁊ ideo hoc nõ debet subtrahere quod sibi ⁊ familie est necessariũ. iuxta illd̃.j.Thim̃.v. Qui curam nõ habet suoꝝ maxime domesticoꝝ fidem negauit ⁊ infideli deterior est. Secundo ex parte recipientis si indiget multum. iuxta illud Ambro. Pasce fame morientẽ:si nõ pauisti occidisti. Et iõ supfluũ licet sit diuit̃ ꝑm autoritatẽ administrãdi.tñ ꝑm vsũ est illoruꝫ q̃ habent euidentia signa extreme necessitatis. Unde Ambro. Captiuorum redemptio est pecunia quã tu in terram defodis.nudoruꝫ indumẽtum est quod tu recludis. O filij adã genus auarum. O eterni ignis pabulum. O spoliatores christi pauperuꝫ q̃ potius ꝑmittunt victualia corrumpi q̃ꝫ darent paupibꝫ. Tanta nãq̃ꝫ vestimenta recludunt quidam vt bene sufficerent sex vel decem sui similibus ꝑsonis.⁊ illi q̃d iesu meo paupi q̃ndã dicturi erũt ĩ iudicio quãdo dicet. nudus eram ⁊ nõ opuist̃ me. Et ideo cõtra illos clamat vox clamantis in deserto Luce.iij. Qui ait habet duas tunicas vnam det nõ habenti.⁊ q̃ habet escas similiter faciat. Prima em̃ tunica est iuste necessitatis ꝑm suum statũ secunda tunica est supfluitatis quam retinere sine periculo non potest.vnde qui vult fructum elemosyne sue habere addiscat a beato Nicolao ꝙ quatuor conditiones istas elemosyna danda habeat.scꝫ

Primo vt sit copiosa.
Scd̃o vt sit bona.
Tercio vt sit ꝓpria.
Quarto vt sit pura.

Primã dixi conditionẽ fructuose elemosyne fore vt sit copiosa. vt videlicet magna charitate fiat.quia dicit Hiero. Non quantũ sed ex quanto desiderio dederis deus considerat.et ergo si

non habes facultatē dandi habeas solum affectum z sufficit. Hinc Thobias sic docebat filium suū Thob. iij. Quantū potes esto misericors. si tibi multum fuerit abundanter tribue. si autem exiguū z hoc libenter impartiri stude Secundo fructuosa elemosyna debet esse bona. Nec autē bonitas ex duplici parte considerat. Primo ex parte anime vt ipsa i gratia sit: quia alias modicū proficit. Iuxta illd apostoli. j. Chorin. xiij. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum :charitatē autē nō habeam nihil mihi prodest. Secūdo bonitas considerat ex parte rei dande vt sit nō infecta :corrupta vel a vermibꝫ corrosa. sicut elemosyna seu oblatio Layn. Hinc Prouerb. iij. De primitijs frugum tuarum da pauperibꝫ. Tercio fructuosa elemosyna debet esse .p. pria z non aliena :puta de furto rapina vsura :quia talia debent restitui. Male ita qꝫ faciunt magni domini q̄ spoliant suos vt inde faciant calices i dumenta sacerdotalia zc. Quia dicitur Ecclesiastici. xxxiij. Dona iniquorum nō probat altissimus. Quarto elemosyna danda debet esse pura sine intentōne vane glorie .sicut docuit magister noster christus Matth. v. dicens. Cum facis elemosynā noli tuba canere ante te sicut faciunt hypocrite. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. te autē faciente elemosynā nesciat sinistra quid faciat dextera tua Sic fecit gloriosus Nicolaus qui dedit copiosa quia tribus vicibus .dedit bona :quia aurum. dedit propria dedit pura. quia occulte deum soluz volens habere inspectorem et testez. vt patet in legenda. Secundo beatus Nicolaus fuit magnus in misericordia in statu pontificali. Ille enim status specialiter circa opera misericordie intendit .nō em̄ poterit episcopus se excusare quia predicauerit vel i scriptura aut oratōne laborauerit si opera misericordie pretermisit. Unde Gregorius sic scribit seruo dei. et habetur lxxxvj. dist. ca. Fratrem nostrū Marianum episcopū verbis quibꝫ vales excita :quia euz obdormiuisse suspicor. dic ergo illi vt cum loco z mentez mutet nec sibi credat solam lectōem z orationem sufficere sed largā manum habeat. necessitatē patientibus cōcurrat. alienam inopiam suam credat. quia si hoc non habet vacuum nomen episcopi tenet. Nec ibi. Episcopi nimirū sunt dispensatores rerum ecclesiaruz: vt sustentatores pauperū. Unde si ecclesie prouentus tam modicus essz q̄ non sufficeret ad sustentatōnem pauperum in magna necessitate constitutorum. extunc ecclesie calices cruces z monstrantie confringi debent z vendi z sic illis erogari :vt dicitur .xxij .q. ij. c. Aurum habet ecclesia non vt seruet sed vt pauperibꝫ eroget. Et infra. Cur passus es (dicturus est dominus) tot inopes fame mori :et ecclesie habeas aurum vnde ministrares alimoniaz. melius fuerat vt vasa viuentiū seruares q̄z metallorū . Et si diceres .timui ne ornatus templo dei deesset. Respōdetur. Ornatus sacrorum redemptio captiuorum est .Et propterea beatus Nicolaus in statu pontificali in hoc opere misericordie totaliter se exercebat :sicut patet tempore famis quid fecerat dum triticum de nauibus peteretur quere in legenda. Tercio beatꝫ Nicolaus est magnus i misericordia in statu supernali .id est in celo: quia ipse inde multis supplicantibus impetrat misericordiam. Quidam er misericordia filiū ipetrauit. cuiusdā filiū

a diabolo necatū resuscitauit. q̄busdā sanitatē obtinuit. vt patet in legenda.

Tercio q̄z btus Nicolaꝰ ex p̄missis thematꝫ v̄bis cōmendat̄ a liberatiōis munimīe. cū d̄. in die mala liberabit eum dn̄s. Liberauit nāq̄z ip̄m dn̄s p̄mo a malo peccati. q̄z nunq̄z mortal'r peccasse legit̄. Scd̄o a tentatione diaboli q̄ ip̄m supare nō potuit. Tercio liberauit ab et̄na dānatōe. q̄z ipse fuit v̄tutibꝫ plenꝰ: misericors erga pauperes. merito g̊ fuit ab illis malis liberatus fm illd̄ Thob. iiij. Elemosyna ab oī pctō ⁊ a morte liberat ⁊ nō patietur aīaz ire in tenebras. g̊ bn̄ de ip̄o dicit̄. Btūs q̄ intelligit sup egenū ⁊ pauperē ⁊c̄. Rogemꝰ igit̄ ip̄m vt ... ⁊c̄.

De eodem Sermo. v.

Mane semīa

m semē tuū ⁊ vespere nō cesset manꝰ tua Eccs. xj. Ad gl'iam btissimi antistitis Nicolai p̄tacta v̄ba rōnabiliter assumunt̄ q̄ mane ⁊ vespe. i. in puericia iuuētute ⁊ senectute noluit cessare ab opibus v̄tuosis. sic obseruauit tēpꝰ acceptabile. Un. ꝓpter q̄tuor rōnes solent hoīes magis obseruare tempus. scz

Primo qn̄ est magis sanatiuū.
Scd̄o qn̄ est magis pacificatiuuz.
Tercio qn̄ est magis lucratiuum.
Quarto qn̄ est magꝫ fructificatiuū

Primo inquā tēpus magis obseruatur qn̄ est magis sanatiuū. sicut infirmi ⁊ medici qui cum transierint aptū sibi diem vix de infirmitate curantur. sed cadunt in mortem aut in infirmitatem incurabilē. Sic pctōr debet obseruare tēpus penitētie. q̄z nisi in vita ista curet̄ ab īfirmitate pcti: ī alia nūq̄z poterit liberari. sed cadet in infirmitatem insanabilez. Hinc Ecclesiastici xviij. Ante iudicium para iusticiā tibi ⁊ ante languorem adhibe medicinā. i. ante iudiciū extremum facias iusticiam de teipso: et ante iudiciū condemnationis adhibe medicinā penitentie vulneribus peccatorū tuorum. Secundo tempus obseruat̄ quādo ē magis pacificatiuū. videmus enim q̄ aliquis pauper qui aliquem offendit tēpus obseruat quo magis dispositus ad placandū inueniat. Sic pctōr debet facere: licz deus quantū de se est sp̄ sit paratus misereri ⁊ parcere. tn̄ modo magis q̄z modo est tēpus miserendi. postea erit tēpus puniēdi. p̄s. Tēpus miserendi eius q̄z venit tempus. Et Thobie. iij. Benedictū est nomen tuum dn̄e deus patrū nostroꝝ: q̄ cuz iratus fueris misericordie recordaberꝫ. quod nō faciet tēpore vindicte. Juxta illud psal. Cū accepo tēpus ego iusticias iudicabo. Tercio tēpus obseruatur quādo magis est lucratiuum: sicut faciunt negociatores qui ita vadūt ad nundinas lucratiuas vt nihil curent de labore ꝓpter spem lucri. Sic debent facere etiam homīes qui ī breui tēpore eternas ⁊ ineffabiles diuitias in nundinis gratie possunt lucrari. Ideo dicit apostolꝰ. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis Licz enim in beatitudine denariꝰ diurnus id ē visio dei est vnus: tn̄ alter videbit clarius altero. j. Choꝝ. xv. Stella differt a stella in claritate: sic erit ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Nam si quis videret distantiā inter primū ⁊ secundū chorum angelorū libenter hic eligeret centum annos in arta penitētia. etiaz centum martyria ⁊ centum mortes vt sic de primo choro angelorū ad secundum possz ꝑuenire. ⁊ iterum tantū pateretur vt de secundo ad tercium posset ire. ⁊ sic de alijs. Ecce quanta negli

gentia est hominũ qui in vno anno ꝓ mereri possent ad quartũ vel quintuꝫ chorũ angelorũ ꝑuenire. pro q̃ nullus labor durus: nullũ tẽpus longũ quo gloriã eternitatis acquirimus. imo libenter debemus omnibꝫ delectatõibꝫ gaudijs ⁊ honoribus carere vt ad tale lucrũ possemus ꝑuenire: de quo Augustin⁹. Tanta est pulchritudo visionis dei. tanta est iocũditas lucis eterne: vt etiam si nõ liceret ampli⁹ manere in ea nisi vnius diei hora: innumerabiles anni huius vite pleni delicijs merito cõtemnerent̃. Hoc cogitabat frequenter beatus Nicolaus ideo indefesse bona faciebat. Gregori⁹. Consideratio p̃mij minuit vim flagelli.

Quarto tẽp⁹ obseruat̃ quãdo magis est fructificatiuũ. sicut agricole obseruant tẽp⁹ quãdo plãte ⁊ semĩa magis possunt fructificare. Ita spũaliter debet hõ facere in bene opando: quia post hanc vitã nõ erit tẽpus seminãdi sed metẽdi. Ideo dicit̃ ad Gal'. vj. Dũ tẽpus habemus opemur bonũ. tẽpore enim suo metemus nõ deficientes. ℣. Quid sibi quisqꝫ serit hoc sua messis erit: cum dicit̃. ite venite. Propt̃ea sacra pagina ad hoc hortat̃ Eccl'i. iiij. dicens. Fili obserua tẽpus ⁊ deuita a malo. Et in themate. Mane semĩa semen tuũ. quod bene adimpleuit btũs Nicolaus q̃ totũ tẽpus vite sue ad dei seruitiũ deputauit ⁊ expendit vsqꝫ ĩ senectam etatem. Ideo bene de eo dicit̃. Mane semina semen tuũ ⁊ vespe nõ cesset manus tua. In quibꝫ quidem verbis btũs Nicolaus a tribꝫ specialiter cõmendatur. scꝫ

Primo a iuuenili seu tẽpestiua bonitate. ibi. mane

Scd̃o ab vtili seu charitatiua liberalitate. ibi. semina semen tuũ

Tercio a finali seu ꝯsũmatiua ꝓhitate. ibi. et vespe non cesset ⁊c̃

Primo dixi q̃ btũs Nicola⁹ ex thematis ℣bis ꝯmẽdat̃ a iuuenili seu tẽpestiua bonitate: cũ d̃r mane. id ẽ ab ĩitio etatis sue. Sicut em̃ mane est diei principiũ: ita puericia est initiũ seruitutis dei. Notanter hic dicit. mane et vespere. nõ autẽ addit nocte: quia ĩ tenebris laborantes nihil capiũt: maxime laborantes post diẽ hui⁹ vite. Unde Eccl'es. ix. Qd̃cunqꝫ põt manus tua instanter opare. qꝛ apud inferos quo tu ꝓperas nec opus nec ratio nec scientia est. Unde ad tẽpestiuã bonitatẽ nos inducunt quattuor scꝫ

Primo autoritates multiplices
Secũdo ratões efficaces
Tercio sil'itudines indices
Quarto bonoꝝ opatões felices.

Primo itaqꝫ dixi q̃ ad tẽpestiuã bonitatẽ nos inducũt sanctoꝝ autoritates multiplices. Dicit̃ em̃ Eccĩ. v. Fili ne tardes conuerti ad dominũ ⁊ ne differas de die in diẽ. Et Eccl'es. xij. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue. Hinc Treñ. iij. Bonũ ẽ viro cũ portauerit iugũ dñi ab adolescẽtia sua. Cyprianus quoqꝫ dicit. Matura ꝯuersio in iuuẽtute est grata ⁊ sãctificata dño tanq̃ꝫ p̃mitie etatis ⁊ vite nostre. Et Berñ. Nullum vnq̃ꝫ seruũ dei inueniat nec dies nec hora nisi in exercitij labore vl' ꝓficiẽdi studio vl' expiendi dulcedĩe aut fruẽdi gaudio. August. de verbis dñi. Ip̃e res q̃ multos occidunt cum dicunt̃ cras cras ⁊ subito ostiũ clauditur remãsit for⁊ cũ voce coruina qꝛ nõ habuit gemitũ colũbinũ. cras cras vox corui ẽ. Secũdo deniqꝫ ad tẽpestiuã ꝯuersionẽ nos inducũt rões efficaces spẽal'r q̃tuor. s.

Pria ratio conditõis tpis
Scd̃a ratio bone imp̃ssionis
Tercia ratio maioris acceptatõis.

Quarta rō maioris assecuratiōis. Prima nanq; ratio efficax inducens ad tēpestiuā bonitatē est ꝯditio p̄sentis tpis. Dicit em̄ Rayner⁹ in summa ō tpe q̄ de natura tpis est q̄ ē breue mobile z irreuocabile. Propter que homo debet tēpestiue in eo bona opa facere. Primo tēpus est breue taz respectu dei q̄ est eternus q̄z respectu vite nostre que est finibilis. Job. xiiij. Breues dies hois sunt. q̄z etiā respectu peccati qō in fine deficit et ei⁹ delectatio perit. Et sic tēpus est quasi punctus respectu celi. Unde. ij. ad Thoz. vij. Ita q̄z fratres tēpus breue est. s. ad faciēdū bona ad pgendū in patriam. Et ideo qui breue tempus habet z longā viaz si nō currit z mane nō surgit non pueniet ad locum optatum. Modo nos longissimā habem⁹ viam puta de terra ad celum. ideo debemus festinare. Unde. j. Paral. xxix. dicit. Dies nostri quasi vmbra super terram z nulla est mora. Et Eccēs. ix. Nescit hō finem suum. sed sicut pisces capiunt hamo: sic hoies tpe malo. Et ideo ꝯcludit btūs Grego. Omne tēpus vite hominis est dies laboris. Job. v. Sicut auis ad volandū sic hō nascit ad laborandū. Secūdo de natura temporis est q̄ est mobile. idō fm pbm. iiij. phisico. mēsurat oēm motū. Et sicut tēp⁹ est mobile: ita etiā hō nō pōt hic p̄fecte q̄escere. iuxta illud Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tpe repletur multis miseriis: q̄ quasi flos egredit et cōteritur z nunq; in eodem statu pmanet. Nec a pte corpis. q̄z continue corrūpit. Nec a pte mentis. q̄z ꝓtinuis affectionibus variat. modo hoc appetit. mō illō. Et sic tēpus p se est causa senectutis nō aūt iuuētutis. qō sic patet. q̄z licz aliq̄s longo tpe viuat non tamē innouat sed antiquat. Sic a simili positū temp⁹ in peccato nūq; facit redire ad innocentie iuuentutē. licet ex diuina ḡtia possit redire ad eandē vel maiorez mercedē. Similiter ex parte mentis tēpus p̄ se est causa obliuionis. eo q̄ p̄pter tepus longū senescunt oīa. nō autē est causa memorie vel recordationis. quod sic patz. q̄z ille q̄ tpe multo viuit a studio ociosus nō addiscit sed obliuiscit. Sic a sili ḡnto aliq̄s maiori tpe pmanet in ꝯtō tāto magis obliuiscit sui z dei. Et sic ptz q̄ tp̄s est mobile z īmutat mobilia q̄diu mot⁹ celi durabit qui est causa generatiōis et corruptōis. Postq; aūt cessauerit i fine mundi tūc etiā tēp⁹ cessabit. Vnde Apoca. x. q̄ angel⁹ iurauit p viuentez in secula q̄ tēpus nō erit amplius sed sez eternitas. Ideo habemus nūc tempus misericordie z gratie in quo inueniemus deū z salutē nostrā. nūq; hoc tēpore erit melius: qui nūc deum non querit vix postea inueniet Unde Lañ. ij. dicit. Jam em̄ hyems. s. ire dei trāsijt ymber. s. carnalitat; abijt z recessit. flores sez bone affectōnis apparuerunt i terra nostra. tēpus putatōnis aduēit. sez quo peccata debent a mentib⁹ separi contritōe ꝓfessiōe z satisfactōe. Nō autē sic est q̄ qui habz tēpus pulchrū de mane si expectat vsq; ad vesperam: stultus est. Sic iuuenis si vsq; ad senectutē expectat ad bene faciendū stult⁹ est. eo q̄ morbus sp intēdit. natura debilitatur. diabolus magis insidiat. cō suetudo difficilius mutat. deus q̄ misereri potest magis offendit ac magis ad ira puocat. Vñ igit dicit ad Hat. vj. Cum tēpus habem⁹ operemur bonum ad omes. Et Eccl. xviij. A mane vsq; ad vespam mutabit tēpus. non expectamus in fine mūdi temp⁹ pacificatū sed potius turbidū. iuxta illud Matth. xxiiij. Erit tūc tēpus quale nō

in q̃ttuor vẽtis mortuos viuificãtib⁹. Ezech. xxxvij. Quito ĩ q̃ttuor fabr⁹ cornua heresis deijciẽtib⁹. Zach. j. Sexto in q̃ttuor aĩalib⁹ añ ⁊ retro oculatis. Apoc. iiij. Tertio euãgeliũ btĩ luce cõmẽdat̃ ab vtilitate salutari. Magna ꝓfecto vtilitas ꝯtinet̃ ĩ eo. iõ Paul⁹ d̃ eo ita scribit. ij. Chor. viij. Misim⁹ etiam cũ illo fr̃em nr̃m cui⁹ laus ẽ ĩ euãgelio ꝑ oẽs eccl̃ias. Uñ iste sctũs medicus nob̃ vtilissimã medicinã ꝓpinauit Est eĩ triplex medicina. vicz curatiua melioratiua ⁊ ꝑseruatiua. Hãc triplicem btũs lucas nob̃ ĩ euãgelio ꝓpinauit. Primo curatiuã q̃ est pnĩa. oĩnes spũales morbos curãs. Hãc celestez medicinã. iiij. c. dic̃ nob̃ attulisse dicẽs Sanare ꝯtritos corde. ꝑdicare captiuis remissionẽ. ⁊. c. v. dic̃. Nõ veni vocare iustos sz pctõres ad pnĩaz. Porrexit deinde nob̃ medicinã melioratiuã q̃ auget sanitatẽ. ⁊ hec ẽ obseruatio ꝯsilioꝝ xp̃i. cui⁹ ꝯsilia hoĩez meliorẽ ⁊ ꝑfectiorẽ faciũt. iõ dic̃. c. xiij. Oĩa q̃cũq; habes vẽde ⁊ da paupib⁹. Deinde medicinã ꝑseruatiuaz dedit. q̃ est vitatio occasionũ peccãdi ⁊ malaꝝ societatũ. di. xxj. c. Attẽdite ne corda vr̃a grauentur crapula ⁊ ebrietate. ⁊. xij. c. Attẽdite a fermẽto phariseoꝝ q̃d ẽ hypocrisis. Hec oĩa fiũt ꝑ legẽ diuinã de q̃ dic̃ dominus. Dabo legẽ meã ĩ visceribꝰ eoꝝ ⁊c. Uñ ex his thematis v̄bis ad honorem beati Luce tria notemus salutis doc[illegible]mẽta. s.

Primo legũ distinctionẽ. ibi. dabo legem meam

Scd̃o eaꝝ cõparationem. ibi. in visceribus eoꝝ.

Tertio christi leg⁹ fructificatõz. ibi. in cordib⁹ eoꝝ scribã.

Primũ itaq; documẽtũ ad honorem beati Luce ex p̃missis v̄bis thematis notem⁹ legũ oĩm distinctiõem. q̃ dr̃. legẽ meã. ad innuẽdũ q̃ sit etiã alia lex ab ista lege diuĩa. q̃ vt dic̃ Tho. j. ij. q. xc. ar. iiij. q̃ lex ẽ q̃dã ordinatõ rõnis ad bonũ cõe ab eo q̃ curã cõitatis habet ꝓmulgatã. Quintuplex em̃ lex reperitur. s.

Prima eterna siue diuinalis
Scd̃a insita siue naturalis
Tertia imposita siue humanal̃.
Quarta scripta siue figuralis.
Quinta infusa siue rõnabilis

Prima igit̃ lex d̃r eterna siue diuinal̃ Que s̃m Tho. p̃ma scd̃e. q. xcj. ar. j. est eternꝰ diuĩe sapĩe ꝯceptꝰ s̃m q̃ ordĩat̃ ad gubernatõz reꝝ ab ip̃o p̃cognitaꝝ Scd̃m aũt btm̃ Aug⁹. lib. d̃ li. ar. Lex et̃na ẽ sũma rõ cui sp̃ obtp̃andũ est. ꝓpter quã mali miserã ⁊ boni bonã vitã merent̃. ꝓpt̃ quaz illa q̃ tp̃al̃ est fert̃ recteq; mutat̃ Huic eĩ legi oĩa subijciunt̃ tã angl̃i q̃z hoĩes: elemẽta: bestie ⁊ pisces ac demões. Dic̃ circa h̃ Alex. iij pte sũme. q. xij. q̃ ad quãlibet legẽ concurrũt tria. vicz. auc̃tas. v̄itas ⁊ bonitas. Prĩo rõne p̃ncipij legi debet̃ autoritas. q̃ nõ põt eẽ p̃ncipiũ legis nisi hñs auc̃tẽ. Scd̃o rõe forme leg⁹ debetur legit̃ v̄itas. q̃ lex nũq̃z fert̃ sine rõne recta. Tertio rõe finis legi debetur bonitas. q̃ lex nõ ordinat̃ nisi ad bonũ. igit̃ lex eterna respicit p̃rem ⁊ filiuz ⁊ sp̃m scm̃. Scd̃a lex ẽ insita siue natural̃; q̃ ĩmediate deriuat̃ a lege et̃na. q̃ s̃m Tho. j. ij. q. iiij. ar. ij. inclinat ad bonũ faciẽdũ ⁊ malũ vitandũ. Hinc p̃s. Quis oñdit nob̃ bõa. Rñdet. Signatũ est sup̃ nos lumẽ vult⁹ tui dñe. id ẽ. lex natural̃ est lumẽ natural̃ cognitõnis boni ⁊ mali. Et Rom̃. iij. Cũ gentes q̃ legẽ nõ hñt natural̃r q̃ leg⁹ st̃ faciunt oñdunt legẽ scriptã in cordibus suis. Ubi glo. ⁊ si nõ hñt legẽ scriptaz. habent tamen legez naturalẽ. qua q̃sq; intelligit ⁊ sibi conscius est: et quid

bonũ ⁊ q̃d sit malũ. Uñ pagani male faciẽtes nõ pñt se excusare dicẽtes. nesciuim⁹. sic ñ potuit se excusare Layn: qꝛ occidit frẽm suũ innocẽtẽ abel dicẽdo. nesciui ꝙ homicidiũ eẽt pctm̃. licet adhuc nõ fuerit illa lex. ñ occides. Similit̃ q̃ ĩ diluuio ꝑierũt dicẽdo. nesciuim⁹ ꝙ luxuria eẽt pctm̃. lꝫ adhuc nõ fuisset data illa lex. nõ mechaberꝫ. Similit̃ sodomite ⁊c. Jõ dic̃ ps̃. Pctũm meũ ꝯ me ẽ sp̃. Hec em̃ lex naturalis ita directe deriuat̃ ab eẽna lege ꝙ nullus papa: null⁹ p̃nceps p̃t dispensare q̃n obliget sp̃. Et hãc ꝯfirmauit etiam saluator Lu. vj. di. Qđcũqꝫ vultꝫ vt faciãt vob̃ hoĩes ⁊ vos eadeꝫ facite illis. Hec eĩ lex trés hꝫ ꝓprietates. s. qꝛ ẽ cõmunis. ĩmutabil̃. ⁊ ĩdelebil̃. Prĩo lex natural̃ ẽ cõis oĩbꝫ tã diuitibꝫ q̃ꝫ pauperibꝫ: magnis ⁊ ꝑuis. Dic̃ tm̃ s. Tho. vbi sup̃. ꝙ verꝫ ẽ in cõi si ꝑm rõnẽ agãt sꝫ nõ in spẽali. Uñ ꝯtingit ꝙ aliq̃s hꝫ rõem deprauatã vl̃ passiõe vel mala ꝯsuetudĩe vl̃ dispositõe nature q̃ nõ ligat̃ a lege nature ꝑm estimatõeꝫ suaꝫ sic̃ luxuriosus passiõe deuictus libere iudicat fornicãdũ q̃ trãsacta passione iudicaret nõ fornicãdũ. Sil̃r Juli⁹ cesar dic̃ libro de bello gallico. ꝙ apud germanos olim latrociniũ non reputabat̃ iniquũ cũ tm̃ directe sit ꝯ legem nature. sic̃ mõ apđ stipẽdiarios rapĩa effusio sanguĩs ñ reputat̃ sꝫ maximũ pctm̃ ipis est tradimẽtũ. Scđo ꝓprietas legꝫ natural̃ est ꝙ est ĩmutabilis. ita ꝙ nihil de ea p̃t subtrahi sꝫ sp̃ eadẽ est. Jõ đr dis. v. Naturale ius ab exordio rõnalis nature nec variat̃ tp̃e sed ĩmutabile ꝑmanet. Tertia ꝓprietas legꝫ natural̃ est ꝙ a corde ẽ indelebilis q̃ꝫtũ ad p̃ncipia cõmunissima q̃ oĩbꝫ nota sunt. qꝛ etiã infideles dicũt furtũ vl̃ fornicatõꝫ ⁊ cetera hmõi fore pctm̃ Sꝫ q̃ꝫtũ ad ꝑticularia in aliquo deleri põt ꝑm qđ rõ impedit̃ ꝑ ꝯcupiscẽtiã malas ꝯsuetudines vel ꝑsuasiones. ⁊ sic viciũ ꝯ naturã nõ reputabat̃ pctm̃ vt dic̃ apl̃s Ro. j. Uñ dic̃ Alex. iij. ꝑte summe. q. xxv. ꝙ illđ qđ ꝯtinet lex nature ĩplicite: lex scp̃ta ꝯtinet explicite. v̄bi gr̃a lex nature dic̃. Nõ facias alij qđ tibi fieri non vis. Lex scripta dicit Nõ occides. nõ fureris ⁊c. p̃cepta em̃ legis nature nõ tenemur ĩplere ex caritate. sꝫ p̃cepta legis diuĩe. iuxta illđ j. Thim̃. j. Finis p̃cepti est charitas. iõ lex nature hoĩem instigat ad diligẽdũ deũ sup̃ oĩa. nõ tm̃ ad h̃ ꝑducit. qꝛ sine charitate h̃ fieri nõ põt. ꝓpt̃ h̃ dicit Lyra sup̃ illo v̄bo euãgelij. Tollis qđ ñ posuisti ⁊ metis vbi nõ seminasti. Q, de⁹ eternã salutẽ nõ semĩauit in p̃ncipijs nature: q̃re tm̃ exigit ab homĩe qꝛ ipe parat⁹ est adiuuare. O q̃ꝫ mlt̃i nõ curãt hãc nature legẽ. O q̃ꝫ detestabilia agũt ꝯ ꝓpriã ꝯsciam eoꝝ Tertia lex est scp̃ta siue hũanal̃. q̃ ꝑm Tho. j. ij. q. cvij. ar. j. Est qđdã dictamẽ rõnis quo dirigũt̃ hũani act⁹. Hec eĩ lex deriuat̃ a lege nature. ⁊ ꝑm Jsiđ. li. ethimol̃. v. plures fuerũt q̃ legẽ dederunt qꝛ p̃mus q̃ dedit legẽ grecꝫ fuit Foroneus rex p̃m⁹. qui dedit egyptijs fuit mercuri⁹ torgemist⁹. p̃m⁹ q̃ đdit leges lacedemonijs fuit Ligurgus. Jste fecit legẽ ꝙ ciues haberẽt libertatẽ eligẽdi magistratus ⁊ rectores. Jste diuisit terrã tã in domibꝫ q̃ꝫ in vineis ⁊ predijs ꝑ equale ne q̃s alio potẽtior esset Jste fecit vt iuuenes tm̃ vna veste per annũ vterent̃. nec ꝑmisit aliquẽ culti⁹ ꝓgredi nec lauti⁹ epulari. Jste oĩa nõ pecunia sed messiũ cõpensatõe cõparari iussit. pueros p̃mo ad agrũ duci iussit nõ ad foꝝ vt p̃mos nõ in luxuria sꝫ in labore agerẽt annos. nec p̃us ad vrbem reduci q̃ꝫ viri facti eẽnt. maximũ honorẽ non diuitum ⁊ potentũ

Lex Ligurgia

sed senũ esse statuit. Demũ vt suis le/
gibus eternitatẽ daret iureiurãdo ob
ligauit ciues nihil mutaturos prius
q̃ reuerteret. ipse ꝓfectus cretã volun
tarie ꝑpetuũ exiliũ egit: ⁊ moriẽs ossa
sua in mari abijci iussit ne lacedemo/
nes se solutos a iureiurando crederẽt
si ossa reportarent. Romanis p̃mus
dedit legẽ Numa q̃ vetustate atq; in/
curia perierũt tandẽ a Cõstantino ce/
sare. Postea Theodosius minor. De
inde Justinianus abbreuiauit: corre
xit ⁊ ad duodecĩ libros coartauit. quẽ
Codicẽ iustinianũ appellauit. Huius
v̄o legis institutõis causa est vt mali/
cia hominũ coerceat. q̃. ij. ethicorũ d̄r
Cuiuslibet legislatoris intẽtio ẽ ciues
facere bonos. sed bonitas moris hoĩ
nõ est manifesta qui nõ videt cor. nec
malicia sed bonitas vel malicia facti
ideo lex factũ punit vl' remunerat nõ
cogitatum. Nã in cõmunitate cui lex
preponit quidã sunt proni ad v̄tutes
quidam v̄o ad vicia. ideo ꝑ leges ex/
primitur pena transgressoꝝ. ⁊ sic vir/
tuosi nõ subijciunt legi sz viciosi. Hic
j. Thimo. j. d̄r. Lex iustis nõ est posi/
ta sed iniustis ⁊ nõ subditis. impijs ⁊
pctõribꝫ sceleratis ⁊ ꝯtaminatis p̃ri/
cidis ⁊ matricidis hom[illegible]dis et forni
carijs ⁊ cetera. et si q̃d alio sane doctri
ne aduersatur. Justũ em̃ et bonũ nul
la lex coartat si lex est iusta et bona. q̃
etiã sine h̄ vellet facere quod lex iubet
Quarta lex est scripta siue figural' seu
mosayca. quã dñs dedit filijs israel ꝑ
moysen in mõte cũ maxĩo terrore cho
ruscatõne et fulgure q̃ fuit necessaria
sup̃ legẽ nature. q̃ ꝑ legem hõ dirigit
act⁹ suos ad vltimũ finẽ. hõ v̄o ordĩa
tur ad finẽ sup̃naturalẽ. s. eternã beati
tudinem. ideo necesse fuit a deo dari
talem legẽ homini ꝑ quã ꝑueniret ad
talẽ finẽ. Unde vt dic̃ Tho. ij. ij. q. cxxvij

Lex vetus ꝯtinebat tria. videlicz. mo
ralia. cerimonialia ⁊ iudicialia. Ra/
tio cui⁹ est. q̃ lex dz dari s̄m ꝓprietatẽ
ppl'i quẽ obligat. sz ĩ ppl'o tria erãt. scz
instinct⁹ rõnis. ꝓnitas male ꝯsuetudi
nis. stat⁹ veritatꝫ nõdũ ĩplete Unde ꝓpt̃
rõnis instinctũ dedit moralia. ꝓpt̃ nõ
dum ĩpletã tp̃is veritatẽ dedit cerimo
nialia. ꝓpter malã ꝯsuetudinez dedit
iudicialia. Et q̃ adhuc ĩ ppl'o xp̃iano
remanet instinct⁹ rõnis. iõ remanẽt p̃
cepta decalogi. Hec em̃ lex vet⁹ licz sit
bona: tñ est imꝑfecta. iuxta illud Ro.
vij. Lex q̃dẽ sancta ⁊ mãdatũ sanctuz
iustũ ⁊ bonũ. tñ ad finẽ intentũ non ꝑ
ducebat sz solũ disponebat sic̃ medici
na est ꝑ se bona q̃ hoĩem sanat. illa ãt
imꝑfecte bona q̃ hoĩem adiuuat sz sa
nare nõ põt. talis fuit lex vetus. Ro.
vij. Nihil ad ꝑfectũ ꝑduxit lex vetus.
Quinta lex est infusa siue rationalis.
quã ihs marie fili⁹ docuit ĩ assumpta
humanitate. ⁊ spũsscũs infudit cordi
bus discipuloꝝ q̃ noluit scribere ĩ pel
libꝫ mortuis viuã legẽ. vel excidere in
petris vel alijs. Cui⁹ rõnez dic̃ Tho.
vltima ꝑte summe. q. xlij. ar. iiij. q̃ nõ
fuit ꝯueniens q̃ xp̃s legẽ suã scriberet
ꝓpter q̃nq; rõnes. Prima ne deroga
ret dignitati sue. q̃ oportuisset scribe/
re miracula ⁊ sanctitatis opa ꝑ ipsuz
facta. ⁊ famã quã habuit in populis.
que om̃ia essent in laudẽ sui. q̃ licet si/
ne sup̃bia scribere potuisset. in mẽtibꝫ
tñ hoĩm nõ caruisset arrogãtie nota.
Scd̄a ratio est ne tolleret autoritatez
suã spirituisancto. licet em̃ ĩdiuisa sint
opa trinitatꝫ ad extra s̄m Augusti. in
enchiri. tamẽ cõmendat̃ patris auto
ritas in mundi creatiõe. autoritas fi/
lij in mũdi redemptõe. autoritas spi/
ritussancti in hoĩm interna inspirati/
one. ⁊ scripturaꝝ ꝑ sanctos ꝯscriptiõe
Unde Gregorius dicit in ꝓlogo mo/

ral'. q̄ sacre scp̄ture autor ē spūssanct⁹ ⁊ apl's. ij. Tim̄. iij. q̄ sacra scp̄tura ē diuinitus īspirata ⁊ vtilis ad docēduz. Q, autē ad spm̄sanctū ptineat scribere patet q̄ scp̄tura fit p digitos. spūssanct⁹ v̄o dicit̄ digit⁹ dei Lu. xj. Manus em̄ ⁊ lingue doctoꝝ nō sunt nisi instrumentū spūssancti. Un̄ dixit dauid. Lingua mea calam⁹ scribe. Tertia rō q̄ xp̄s nō debuit scribere suā legē in aliq̄ libro ē ꝓpt̄ suā excellētiā singularē. scripta em̄ ordināt̄ ad imp̄ssionē in cordib⁹ auditoꝝ. tūc sic excellētiori doctori excellētior mod⁹ dz docēdi attribui. Sz excellētior mod⁹ ē doctrinā in mētib⁹ imp̄mere sicut fecit xp̄s: q̄z scribere in libro. Un̄ Pythagoras ⁊ Socrates ac antiq̄ ph̄i q̄ fuerūt doctores excellētissimi hūc modū seruauerūt q̄ nunq̄z p se scripserūt aliq̄s libros. Quarta rō ē vt legē veterē distingueret a noua. Lex em̄ vet⁹ d̄r scp̄ta. si v̄o noua eēt scp̄ta etiā posset dici scripta. q̄ v̄o illa fuit lex tior⁹. iō fuit scripta ī codicib⁹. ista aūt lex amor⁹ ideo in cordib⁹. Quinta rō q̄ xp̄s nō debuit scribere suā legē ꝓpter regiā dignitatē q̄ fuit rex iudeoꝝ. regum vero gesta scribunt̄ p notarios ⁊ cancellarios. d̄ quib⁹ vn⁹ fuit beat⁹ lucas euāgelista. in cui⁹ cor spūssanctus oīa suggessit.

Secūdū documētū ex themat⁹ verbis notemus legū p̄dictaꝝ ad inuicē compationē. quia dicit̄. Dabo in visceribus eoꝝ. Lex em̄ vetus data erat in tabulis lapideis. humana v̄o in pergamenis. naturalis in corde tamē cō naturaliter. lex noua in corde p gr̄az. Ideo oīm legū nobilior est lex eterna Deinde lex noua est melior q̄z vet⁹ ꝓpter sex rōnes scz

Primo ꝓpter bonitatē.
Secūdo ꝓpter claritatē.
Tertio ꝓpter eternitatē.
Quarto ꝓpt̄ miracl'oꝝ v̄tuositatez.
Quinto ꝓpt̄ opeꝝ facilitatē.
Sexto ꝓpt̄ ꝓmissoꝝ īcōpabilitatez.

Primo dixi q̄ lex noua ē melior q̄z vetus ꝓpter bonitatē. q̄ in lege veteri p̄mittebant̄ aliq̄ inutilia: puta libell⁹ repudij exactio vsure ab extraneis natiōib⁹. Jō etiā Ezech. xx. d̄r. Dedi eis p̄cepta nō bona scz in cōpatiōe noue legis. q̄ lex vetus qd̄ p̄cipit nō pficit q̄ non adiuuat gratia sz lex noua p̄cipit ⁊ adiuuat gr̄a vt pficiat̄ quod p̄cipit. Hinc Aug. li. de spiritu ⁊ littera dicit. Lex mandatū bonū habet: littera demonstrāte: sed nō spiritu adiuuante. q̄ d̄r Job. j. Lex p moysen data ē: gratia ⁊ v̄itas p iesū xp̄m facta ē. Un̄ lex ī se est bona: sed mult⁹ fuit occasio mali. sicut etiaz d̄r de scientia. j. Cor⁹. viij. Sciētia inflat charitas edificat. Naz in iudeis multi fuerunt imp̄fecti. ideo illa lex debuit eis imponi que ip̄is cōueniret sicut in ciuitate alia lex imponit̄ pueris ⁊ alia adultis. Secūdo lex noua est melior q̄z vet⁹ ꝓpter noticie claritatez. q̄ licet in veteri lege fuerit aliqualis noticia vni⁹ dei ⁊ etiā xp̄i in quodā generali. nō tamen fuit ibi noticia explicita trinitatis p̄sonaꝝ ī vnitate essentie. nec p ꝯsequēs incarnatōnis. Cui⁹ rō est. q̄ sicut cognitio naturalis ꝓcedit de imp̄fecto ad p̄fectū. vt d̄r. j. phisicoꝝ. Un̄ ⁊ pueri p̄mo vocāt oēs mulieres matres. ⁊ oēs viros patres sed postea distinguūt: ita similit̄ sup̄naturalis cognitio minor fuit ī lege veteri q̄z in noua in q̄ xp̄s veritatez lucide reuelauit. propter qd̄ dicit Job xvij. Pater manifestaui nomen tuuz hominibus. Jp̄e em̄ exp̄sse manifestauit trinitatē personaꝝ patrē noīando a q̄ eternaliter ꝓcessit p generatōz di. Job. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mundum scilicet per carnis assumptionē.

Spiritūsanctū manifestauit ꝓmittē
do. Joh.xv. Cū venerit paclit⁹ quem
ego mittā vob a patre spiritū veritat⁹
ecce ꝓcessio ab vtroq3.noīauit etiā ex/
p̄sse trinitatē ꝑsonaꝝ in forma baptis
mi Matth.xxviij. Eūtes inq̄t docete
oēs gētes baptisantes eos in noīe pa
tris ⁊ filij ⁊ spūssancti. Manifestauit
etiā vnitatez eēntie diuīe dicēs Joh.x.
Ego ⁊ pr̄ vnū sum⁹. Et h̄ ē qd̄ dic̄ Joh
j.cano.v.c. Tres sūt q̄ testimoniū dāt
in celo.pater:verbū ⁊ spūssanct⁹.⁊ hi
tres vnū sunt. In hui⁹ figura moyses
loq̄bat ad ppl'm velata facie.vt habe
tur Exo.xxxiiij.ad significādū ꝙ myste
ria fidei nr̄e erāt figur⁹ ⁊ enygmatib⁹
velata.sz in xp̄i passiōe velū tēpli scis/
sū ē.ad denotādū ꝙ manifestata erāt
iā q̄ p̄us latebāt sub velamīe. Vn̄ pa/
tres ve.te.poterāt dicere illud.j.Cor⁹.
xiij. Ex ꝑte cognoscim⁹ ⁊ ex ꝑte ꝓpheta
mus.i.īpfecte. Q, aūt sacrificia leg⁹ ve
ter⁹ sint īpfecta ostēdit Apl's Heb.x
di. Impossibile ē sanguīe thaurorū et
hyrcoꝝ auferri pctā.⁊ sic ex ꝑte operis
opati.i.sacrificij.nō dimittebat pctm̄.
sz ex ꝑte opis opant⁹.i.ꝓpt̄ deuotionez
offerētis ⁊ fidē. Attn̄ illa sacrificia non
fuerūt vana.qr ꝑ illa multa p̄figura/
bat pfectū sacrificiū eucharistie q̄ non
solū sacr̄m sz etiā sacrificiū agn⁹ ille ī/
maculat⁹.de q̄ Joh.j. Ecce agn⁹ d̄i ec
ce q̄ tollit pctā mūdi. Et.j. Joh.iiij. Ip
se ē ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is nō ꝓ nostris
tm̄:sz ꝓ totius mūdi.g̃ ⁊c̄. Quid dica/
mus aūt de cerimonijs leg⁹ veter⁹ re/
spectu leg⁹ noue q̄ sūt vmbre hui⁹. Et
si nūq̄z aliud attēderēt iudei ⁊ pagani
nisi excellentiā cerimoniaꝝ ī ritu xp̄ia
no istud solū deberet illumīare cecita
tē ip̄oꝝ vbi sūt mirabilia sacerdotū et
pōtificū ornamēta altar⁹.insup ⁊ cali
ces de auro argēto eccl'ie miro ope fa
bricate.turres plene cāpanis.deuoti/
ones inclinatōes vbi diuersi religiosi
totā ꝑuitio dei viri deputātes vitā cū
maximis ardoribꝫ spūs ⁊ lachrymis
gr̄as referētes deo ꝓ vniuersis benefi
cijs. O de⁹ bone q̄ talia p̄stitisti tuis.
o de⁹ iuste quō honorē ⁊ salutē tulisti
a iudeis te blasphemātibꝫ ⁊ tuā doct/
nā ꝓijciētibꝫ. Tertio lex noua ē melior
q̄z vet⁹ ꝓpt̄ eternitatē.qr nulla heresis
nulla secta manebit vsq3 in finē mun
di.sz solū lex xp̄i ꝯ oēs insidiātes. cui⁹
rōnez dicebat gamaliel Act⁹.v. Si in
q̄t ꝯsiliū aut op⁹ ē ex hoībꝫ dissoluet.si
v̄o ē ex deo nō poteritis dissoluere: ne
forte ⁊ d̄o repugnare videamī. Et sal/
uator Matth.xxiiij. Celū ⁊ terra trāsi
būt:verba aūt mea nō trāsiēt.q.d.lex
mea sine fine durabit.qr v̄ba xp̄i sunt
lex ei⁹. Q, aūt hec xp̄i lex sit dei sic pro
bat Aug.ꝯ epl'am fundamēti. Quis ei
tantā mltitudinē ad pctm̄ ꝓnā ad le/
gē ꝯriā carni ⁊ sanguini ꝑuandā īdu/
ceret nisi deus. Hinc xp̄s Lu.xxij.di/
xit. Ego rogaui ꝓ te petre vt nō defici
at fides tua.⁊ tu aliqn̄ ꝯuersus cōfir/
ma fratres.lex v̄o vet⁹ cessauit ꝑm qd̄
Hieremias p̄dixerat.c.xxxj. Ecce dies
veniēt dicit dn̄s ⁊ feriaz domui isrl'.id
ē ppl'o xp̄iano fedus nouū nō ꝑm pa
ctū qd̄ pepigi cū p̄ribꝫ cū educerē eos
de egypto. Quarto lex noua ē melior
q̄z vet⁹ ꝓpt̄ miraculoꝝ v̄tuositatē. nā
in hac fide facta sūt tot miracula. ⁊ ta
lia ꝙ nūq̄z fieri potuerūt hūana v̄tu/
te.s.īfirmitatū sb̄ita curatio.mortuo/
rū resuscitatio.q̄ diuīa solūmō v̄tute
fieri potuit.de⁹ aūt nō potuit eē testis
falsitatis.mittēs xp̄s paupes ⁊ hūiles
discipulos suos p̄dicādū īuocato ip̄i/
us noīe innūera faciebāt miracl'a. Jō
Rich.j.de trini.ca.ij. Dn̄e si error ē ī fi
de xp̄iana a te decepti sum⁹.nā tantis
signis confirmata est ꝙ non nisi a te
fieri potuerunt. Hinc August.li.xxij.

de ciui. dei. Quid em̃ incredibili⁹ q̃ q̃ ad legẽ p̃riã carni ⁊ sanguini doctores pauci ⁊ rudes ⁊ pauges ad fidẽ pluri mos sapiẽtes ꝓuerterẽt. ℔ spẽalit̃ ptz in mltis fidei rebellãtib⁹. s. ꝺ̃ Paulo ꝑus ꝓsecutore. Augustino. Dionysio. Lyp/ ano ꝑus mago. Jõ Joh. v. dicebat sal uator. Opa q̃ ego facio illa testimoni um ꝓhibẽt ꝺ̃ me. si mihi ñ vult⁹ crede re operib⁹ credite. Uñ testes ⁊ ꝑdicato/ res h⁹ leg⁹ ⁊ spõte diuersa passi sunt tormẽta ⁊ mortes. Ualꝺ ei piculosuz esset ℔ dure viuere: bonorẽ nõ q̃rere et ꝑ falsitate morꝛ. quod nun q̃ fecissent

Quinto lex noua ẽ melior q̃ vet⁹ ꝑ pter opꝰ facilitatẽ. qz ẽ facilior ad ser uãdũ q̃ lex vet⁹. ꝓbat Tho. j. ij. q. cvij ar. iiij. aucte Mat. xj. dicẽte. Ueite ad me oẽs q̃ laboratis ⁊ onerati estis et ego reficiã vos. Et subdit. Jugũ em̃ meuz suaue ẽ ⁊ on⁹ meũ leue. Qꝺ exponens Remigi⁹ ꝺ̃. Non ait venite pediby: ſz moribꝰ: nõ corꝑe ſz fide. Oẽs: nõ ꝺ̃ ille vl̃ iste ſz oẽs. qz ꝺs ñ est acceptor ꝑ sonaꝝ. Ꝺ̃: q̃ laboratis ī pauꝑtate: ī tri ſticijs ⁊c. Bre. iij. moral. Aſpexꝝ etiã iu gũ ⁊ duꝝ fuituris ẽ subesse tpalibus. ambire terrena. retinere labẽtia. velle stare ī nõ stãtib⁹. appetere q̃dẽ trãseun tia: ⁊ cũ trãseũtib⁹ velle trãsire. Unde Alex. ī. iij. ꝑte sum. q. xiiij. ar. xiij. ꝺ̃ q̃ ꝑcepta legis veteris tã ex ꝑte actꝰ exterio ris q̃ etiã ex ꝑte ꝑceptorꝝ mltiplicita/ tẽ erãt gnioza q̃ noue legis. vt ptz ī ꝑce ptis noue ⁊ veteris legis. Jõ ꝺ̃cebat Pe trus Act. xv. Cur tẽtatis iugũ fuituris ponere q̃ nec nos nec pres nr̃i porꝛ tare q̃uim⁹. Ex ꝑte tñ actꝰ interior⁹ ꝺ̃f ficili⁹ est ꝑceptũ noue legis q̃ veteris. qz in noua lege ꝓhibenꝺ̃ iteriozes motus animi q̃ ī veteri exp̃sse nõ ꝓhibenꝺ̃. Et ꝑpter ℔ Mat. vij. Arta ẽ via q̃ ducit ad vitã. Ubi Bre. sup Ezech. sic ait. Quã nis caritas sit lata via ꝑ angusta ⁊ ar dua boues ducit ad trã. Et subdit. sa/ tis angustuz est oia ꝑtermittere. vnũ solũ deũ diligere. ꝑspera non ambire aduersa ñ timere. Tertio q̃ facilioz sit obseruatio noue legis q̃ veteris: patz ex ꝑte affectus. lex em̃ vetꝰ ꝺ̃ lex timoris lex ℞o noua lex amoris. Aug. Breuis differẽtia legis ⁊ euãgelij timoꝛ amoꝛ mõ ex timore tardi⁹ ⁊ difficili⁹ opat̃ qs qz ꝺ̃. v. ethicoꝝ. Uñs ℞tutẽ ꝑmpte ⁊ delectabilit̃ opat̃. nõ bñs ℞tutẽ tarde ⁊ melãcolice. Ex amore ℞o faciliter qs opat̃. iõ ꝺ̃. j. Joh. v. Mãdata ei⁹ gra/ uia nõ sunt. ℑm Aug⁹. amãti. iõ ꝺ̃cit. ꝓfessionũ. Qui amat nõ laborat. om/ nis ei labor nõ amãtib⁹ gnis ẽ. solum amor est qꝺ nomẽ difficultatis erube scit. Jdẽ ibidẽ. Amor nõ sentit amari/ tudies ſz dulcedinẽ. qz sopor amor est dulcedo sic̃ sopor odij amaritudo. Jdẽ in lib. de ℞bis dñi. Oia seua ⁊ imania facilia: ⁊ ꝑe nulla efficit amor. Et qꝺ pl⁹ est etiã ipa mors q̃ est finis omniũ terribiliũ: suauis facta ẽ oib⁹ xp̃ianis Jdẽ de sctã viduitate. Nullo mõ one/ rosi sunt labores amãtium. ſz ipi dele ctant sic̃ venantiũ aucupãtiũ ⁊ piscã/ tium. Et subdit rõem. In eo qꝺ amat aut nõ laborat. aut labor amat. Sed euãgeliũ est lex amoris. iuxta illꝺ. Di liges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ⁊ primũ tuũ sic̃ reip̃m. q̃ facilioz q̃ lex vetꝰ q̃ timorẽ inducit. O btã lex. o sctã lex euãgelica q̃ bona es: q̃ suauis: q̃ vtilis. ⁊ ecce pauci sr̃ q̃ fm te viuũt q̃ ꝺ̃ te gl̃ianꝺ̃. ⁊ tñ tibi ꝓtrariãt. te diligũt ℞bo ſz odiũt facto Sexto lex noua est melior q̃ vetꝰ. ꝓpr̃ ꝓmissoꝝ incom pabilitatẽ. Nã lex vetꝰ ꝑmittebat tria se fuãtib⁹. vicz subaz tpalẽ. vitã tpalẽ ⁊ pacẽ tpalẽ. Primo lex vetꝰ ꝑmittebat subaz tpalẽ. Esa. j. Si audieritis me et volueritis bona trre comedetis. De vita tẽ porali Leui. xviij. Custodite leges me

as atq; iudicia q̄ faciēs hō viuet ī eis. De pace v̄o tpali Leui. xxvij. Dabo vobis pacē in finib; v̄ris: dormiet; et nō erit q̄ exterreat. Sz noua lex ꝓmittit ꝛ dat bona spūalia spēalit̄ tria. celoꝝ regnuz. vitā et̄nā. et pacē sine fine. De p̄mo dicit saluator Math. iij. Pniam agite appropinq̄bit vob̄ regnū celoꝝ. Et eiusdē. xxv. Ueite bn̄dicti p̄ris mei ꝑcipite ꝑatū vob̄ regnū a ꝯstitutione mdi. De scdo Mat. xix. Oīs q̄ reliq̄rit domū aut frēs aut sorores aut patrē aut mr̄em aut vxorem aut filios aut agros ꝓpt̄ nomē meuz: cētuplū accipiet et vitā eternā possidebit. i. gr̄am ī pn̄ti et gl̄iaz ī futuro. De tertio Jo. xv. Pacē meā relinq̄ vob̄ pacē meā do vobis. i. q̄lis ego suz talē do. ego eternus sum: iō eternā pacē do vob̄. O q̄s non laborat ꝓ eterno regno celoꝝ. O q̄s n̄ conat̄ ꝓ eterna vita btōꝝ. O q̄s nō sudat ꝓ pace sempit̄na. certe fatu⁹ ꝛ d̄cept⁹. Tertiū salut; documētū ex premissis themat; v̄bis notem⁹ leg; xp̄i fructificatōz cū d̄r. scribā legē meam ī cordib; eoꝝ. cui⁹ q̄dē fruct⁹ st̄ infiniti qꝛ ducit ad vitā finitā quā adept⁹ est iā b. Lucas euāgelista. q̄ vixit s̄m euāgeliū sine crimīe nō hn̄s vxorē. sz v̄go v̄ginē spōsum xp̄m seq̄ndo ꝑuenit ad vitā. Ad quā nos ꝛc̄.

De festo vndecim miliū v̄ginum Sermo. xcvij.

Imile est regnū celoꝝ decē v̄gīb; q̄ accipiētes lāpades suas exierūt obuiā spōso et spōse. Mat. xxv. c. Uerba sunt redēptoris nr̄i iesu bn̄dicti sb̄ sil̄itudīe loquētis. Cui⁹ rōem b. Gre. in omel. dicit. Regnū celoꝝ frēs charissimi idcirco terrenis reb; sil̄e esse d̄r vt ex his q̄ anim⁹ nouit surgat ad incognita q̄ nō nouit. q̄ten⁹ exēplo visibiliū se ad īuisibilia rapiat ꝛ ꝑ ea que vsu didicit q̄si ꝯfricat⁹ īcalescat: vt ꝑ h̄ q̄d sciat notū diligere discat ꝛ incognita amare. iō pijssim⁹ xp̄s oēs volēs saluare ꝛ ad agnitōz veritatis venire loq̄bat̄ freq̄nt̄ ꝑabolice sic̄ ꝛ ī p̄missis v̄bis. q̄ rōnabilit̄ ad honorē vndecim miliū virginū capiūt̄. d̄ q̄b; scta ecc̄lia hodie solēnizat. vbi tria nob̄ necessario sunt ꝑscrutāda. s.

Prīo q̄d ꝑ regnū celoꝝ ītelligat̄
Scdo q̄d ꝑ decē virgīes significet̄
Tertio q̄d ꝑ lāpades denotet̄

Primū itaq; ꝑscrutādū ē q̄d ꝑ regnū celoꝝ ītelligat̄. q̄circa ē nob̄ sciēduz q̄ regnū celoꝝ ī sacra scp̄tura m̄lta significat. Nā aliq̄n̄ significat ip̄m xp̄m iuxta ipsi⁹ dictū q̄d dicebat iudeis obstinatis. Auferet̄ a vob̄ regnū dei. i. ego q̄ ꝓcurabo meis regnuz celoꝝ. Scdo regnuz celoꝝ accipit̄ ꝓ dei gr̄a. iuxta illud saluator;. Regnuz dei ītra vos ē. id est gr̄a dei q̄ ē arra gl̄ie ꝛ ꝑducit ad regnū celoꝝ. Tertio regnuz celoꝝ accipit̄ ꝓ māsiōe btōꝝ. iuxta illd̄ saluatoris. Mlti ab oriēte ꝛ occidēte veniēt ꝛ recūbent cū abraā Jsaac ꝛ Jacob ī regno celoꝝ. Quarto accipit̄ ꝓ ecc̄lia militāte: vt h̄ d̄r Sil̄e est regnū celoꝝ decē v̄ginib; q̄d tractās Gre. ī omel. dic̄ sic. Sciēdū nob̄ ē q̄ sepe ī sacro eloq̄o regnū celoꝝ pn̄tis tp̄is ecc̄lia d̄r. de q̄ et in alio loco dn̄s dicit. Mittet filius hoīs angl̄os suos ꝛ colligēt de regno ei⁹ oīa scādala. neq; eī in illo regno beatitudīs ī q̄ pax sūma ē īueniri scādala poterūt q̄ colligāt̄ Scdm ꝑscrutādum ē q̄d ꝑ decē virgīes significet̄ per q̄s s̄m Gre. vniuersitas fideliuz significat̄ q̄ ꝓpt̄ ītegritatē fidei v̄gīes vocāt̄ ꝛ iō oēs viri ꝛ m̄lieres xp̄iani v̄gīes dicūt̄. iuxta illd̄. ij. Chor̄. xj. Despōdi vos scz ꝑ fidē: vni viro v̄ginē castā exhibere xp̄o. Hic Aug. ī s̄mōe. Qui ait se absti

net ab illicito visu. ab illicito auditu. ab illicito tactu. ab illicito gustu. ab illicito odoratu. ꝑ quā ipaz integritatē virginis nomē accepit. z ō vnaq̄q; aīa xp̄iana virgis nomē hz. Tertiū per scrutāduz ē q̄d p lāpades denotet ꝑm Greg. bona opa significāt p lāpades. iuxta illō. Sint lūbi vīi p̄cicti z lucerne ardētes ī manib⁹ vīs. lucernas q̄p pe ī manib⁹ portam⁹ cū p̄mis nīis luc; erēpla mōstram⁹. Jdē. Qui recte credūt z iuste viuūt p̄udētes sūt. qui aūt ꝑfitēt fidē z nō agūt ad salutē opa fatui dicūt. Jdē. Quid ꝓdest si redēptori nō fide iūgimur. moꝛib⁹ ār disiūgimur. Vñ Jac; .ij. Fides sine opibus mortua ē. ī fructuosa. z ꝑm Hilariuz vasa lāpadis sūt corda būana. oleū ē bonū op⁹ī charitate factū. Vñ Bern. Sbtrahe oleū lāpas nō lucet. tolle caritatē virgīas nō placet. Ne vero .q. milia virgies habuerūt fidē cū charitate z bōa opatōe. ō de eis merito dicūt ꝑfata ẏba Sile ē re. zc. Vñ ex bis verb ad honorē eaz tria notē⁹ salutaria documēta gīa xp̄i ī p̄nti ꝑmōe de

Prio ẏginū distinctōz va (clarāda. s. tia ibi. Sile ē regnū ce. decē virgib⁹.

Scdo eaz cōmēdatōz optimā. ibi. Que accipiētes lāpades suas.

Tertio ipaz obsecutōz inclitā. ibi. Exierūt obuiā spōso z sponse.

Primū documētū declarādū ex p̄tactis thematis ẏbis notem⁹ ẏginū distinctionē variā. p eo q̄ ōr. Sile ē reg. ceł. decē ẏginib⁹. z postea subdit. Quiq̄z aūt ex eis erāt fatue z q̄nq; p̄udētes. Ad q̄ rū q̄dē distinctōz ꝑm s. Tho. ij. ij. q. clij ar. ij. notem⁹ hec tria vicz

Primo q̄n ẏginitas incipit.

Secūdo q̄n ẏginitas ꝑficit.

Tertio q̄n virginitas deficit.

Primo inq̄z notē⁹ q̄n ẏgitas icipit. lz ei hoies ex sua natiuitate bñt materiam ẏgitatis: puta integritatē carnis. nō tñ tūc bñt ꝑfectā cām ẏgitatis q̄ ē ꝓpetuū ꝓpositū fuādi ẏgitatē ꝓp deū. et ō q̄n tale ꝓpositū hīe p̄nt z bñt. tūc ẏginitatis ẏtutē bñt. Vñ Aug. li. ō ẏgi. dic. Nec nos in ẏginib⁹ p̄dicam⁹ q̄ ẏgies sūt sz q̄ deo dicate pia ꝓtinētia ẏgies. Jō nisi habeāt ꝓpositū ꝓpetue fuādi virgitatē ñ bēbūt aureolā ẏginū q̄z dic Aresto. q̄ natura nec meremur nec demeremur nec laudamur nec vituperamur. Vñ dic Tho. vbi s. q̄ virginitas ꝑm q̄ ē virt⁹ ipoꝛtat ꝓpositū voto firmatū ꝓpetue virgitatis fuāde ō pueri vel etiā adulte q̄ nō feceꝛt votū sz bñt ꝓpositū nō fuādi virgitatē ñ mereꝛ aureolā: etiā si ẏgitate moriāt q̄z aureola ōr ꝓp obtētā victoriā ī pugna excellēti rōne p̄mij ꝑuilegiati. z ex tres ꝑuilegiatas victorias ī trib⁹ pugnis tres aureole sumūt. Tres ei sūt spēales hoīm inimici. s. caro. mūd⁹ et diabol⁹. Jn pugꝫ carnē totaliꝛ vincūt virgies. ō ipis debeꝛ aureola. Jn pugna ꝫ mūdū vincūt martyres. ō ipis etiā debeꝛ aureola. in pugꝫ vero ꝫ diabolū ꝑfecte vincūt p̄dicatores q̄ hostē nō solū a se sz etiā a cordib⁹ aliorū remouent. igit̄ sil̄r ipsis debeꝛ aureola. Sed dic. exq̄ aureola debeꝛ rōne excellētis pugne ī ꝓtinēdo videꝛ q̄ btā virgo virginū nō habebit aureolā. q̄z in ꝓtinēdo nullaz sustinuit pugnā exq̄ a fomite seu inclinatiōe ad malū nō fuit ifestata. z vbi nō ē pugna nō ē victoria. vbi vero nō ē victoria nō ē p̄miuz. Sz vt dic Bern. btā virgo. p culdubio fuit sctā anteq̄; nata z iferiozes vires aie nūq̄z mouebāt sine arbitrio rōnis p totā vitā suā. Ad q̄ rñdet Tho. sup .iij. di. xlix. q̄ btā virgo hz aureolā q̄; uis nō habuerit p tētatiōnē pugnā q̄ ē a carne. bñt tñ p tentatōis pugnā q̄ ē ab hoste. q̄ etiā xp̄m tētauit Mat. iij.

Uerūtn̄ dic̄ Inno. ꝙ n̄ mereť q̄s cū ab
hoste tētať. qꝛ tētatꝰ ē saluator. Jō dic̄
Ruptꝰ sup̄ li. Sap̄. ꝙ iste t̄minꝰ victo
ria dic̄ dn̄iuꝫ rōis sup̄ carnē ꝛ cōnotat
resistētiā q̄ n̄ fuit ī xp̄o nec ī v̄gine ma
ria. Sꝫ qꝛ fuit ī eis plenū dn̄iū rōnis
Jō xp̄s ꝛ maria hn̄t aureolā ex alia cā
eis debitā q̄ꝫ nob̄. Scd̄o circa distictōꝫ
v̄ginū notemꝰ qn̄ v̄gītas ꝓfic̄. nā ac/
tus ē meritoriꝰ qn̄ a v̄tute charitatꝭ ꝓ/
cedit. ꝛ iō si ītegritas sit ī carne ꝛ volū/
tas d̄ īcorruptōe ꝯuāda ꝓpť deū n̄ sit ī
mēte. tūc vt dictū ē tal' carnis ītegritas
n̄ ꝓficit nec mereť aureolā. tn̄ ꝓpť inte
gritatē carnis hēbit aliqd̄ gaudiū. vn̄
Hiero. ad Eustochiū. Uirgītatꝭ diffi
nitio ē sctm̄ eē corpe ꝛ spū. qꝛ carnē vir
gineā h̄re n̄ ꝓfic̄ si mēte q̄s nupserit. Et
Aug. ꝯ Jouinia. dicit nō valere v̄gies
carne n̄ spū q̄ꝝ corpꝰ ē ītegꝝ. sꝫ aīa cor
rupta. sꝫ illa v̄gītas hostia xp̄i ē cuius
nec mētē cogitatio nec carnem libido
maculat. Jdē li. de v̄ginibꝫ. Deꝰ nō q̄/
rit pulchrā carnē sꝫ pulchram mētē. j.
Thes. iij. Nec ē volūtas d̄i sctificatio
vr̄a. Et Hugo d̄ bono ꝯscie. Deꝰ q̄ est
amator mūdicie cor pollutū pctis nō
p̄t īhabitare. Sꝫ o deꝰ mūdissime mlť
ti sūt nūc vt dic̄ Chrys. sup̄ Mat. q̄ stu
dent corpis castitatē. adulteriū v̄o cō
mittūt mētꝭ. Cōtra q̄s dn̄s dic̄ Mat.
v. Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscēdū
eā iā mechatꝰ ē in corde suo. g̃ volūtas
sine ope peccat mortalr̄. Tertio circa
v̄ginū distinctōꝫ notemꝰ qn̄ v̄ginitas
deficit. Cū em̄ ꝓpositū ꝑpetuū volūta
tis d̄ īcorruptōe amittit̄: et delectatio
carnis appetit̄ ꝛ expit̄ tūc v̄gītas ꝑdit̄
nec vlteriꝰ q̄ ad aliq̄d recupať. qd̄ ꝓba
tur auc̄tibꝫ. Prīo auc̄te Amos. v. d̄r:
Uirgo isrl' cecidit nō adijciet vltra vt
resurgat. Et Hiero. sup̄ dicto v̄bo ad
eustochiū. Audēter loq̄r cū oīa possit
deꝰ suscitare nō p̄t v̄ginē pꝰ ruinā. va/
let q̄dē libare d̄ pena sꝫ nō pōt corona
re corruptā. Et Jsid̄. d̄ sū. bono. Om̄e
pctm̄ ꝑ pnīaꝫ recipit vulneꝝ sanitatē.
v̄gītas āt si labať ad ītegritatez nulla
pnīa repať. Quas auc̄tates Hugo d̄
san. vic. ꝛ san. Tho. exponūt. Primo
Hugo dicit ꝙ si d̄ corruptōe carnis ī
telligit̄. h̄ stultū ē sentire ꝙ hō carnē su
am viciare posset ꝛ deꝰ sanare nō pos/
set. Si etiā d̄ corruptōe cordis ītelligi
tur. h̄ etiā stultū ē ītelligere ꝙ hō pecca
re possit. ꝛ deꝰ iustificare nō possit. Si
autē illd̄ idcirco nō posse d̄r deꝰ. qꝛ fa
ctū ē. ꝛ qd̄ factū ē nō p̄t eē non factū. iō
Hiero. veꝝ dixit cū dixit. ꝙ deꝰ pꝰ rui/
nā v̄ginē suscitare nō p̄t. h̄ nō dixit qꝛ
lapsū v̄gineū repare nō p̄t. sꝫ qꝛ nō p̄t
facere q̄n fuerit corrupta. pōt tn̄ inte/
gritatē mētꝭ ꝛ corpis repare. Nec Hu
go. Sāctꝰ v̄o Tho q̄rit. vtꝝ deꝰ possit
v̄ginē corruptā repare. Et rn̄det ꝙ in
v̄ginitate p̄mū ē ītegritas mētꝭ ꝛ cor/
porꝭ. ꝛ sic deꝰ p̄t repare v̄ginē post rui
nā. pōt eī mētē reītegr̄e ꝑ gr̄aꝫ. ꝛ corpꝰ
ꝯsolidare ꝑ miraculū. Scd̄a cā inte/
gritatꝭ ē ꝙ mlr̄ nō fuit cognita viro et
q̄ꝫtū ad h̄ deꝰ nō pōt repare v̄ginez pꝰ
ruinā. nō em̄ pōt facere vt ea q̄ iā ē co/
gnita nō fuerit cognita. sic̄ nō p̄t face/
re deꝰ ꝙ illud qd̄ factū ē nō sit factū. ne
qꝫ ea q̄ v̄a sūt eoip̄o q̄ v̄a sūt sint falsa
qꝛ īplicat ꝯdictōꝫ. Jō q̄ virgītatē amit
tit nō recupat materiā v̄gītatꝭ: vtpu/
ta ītegritatē carnis. pōt tn̄ recupare v̄
ginitatꝭ ꝓpositū ꝛ finalit̄ p̄miū eēntia/
le. Ex q̄bꝫ ptꝫ virginū distictio. Un̄ q̄/
dā nec sūt carne nec mēte v̄gies sꝫ solū
noīe ꝓpť exteriorē habitū quē deferūt:
puta sertū. ꝛ tales sūt oēs hypocrite. ꝯ
q̄s clamat dn̄s Mat. xxiij. Ue vob̄ hy
pocrite q̄ estꝭ sil'es sepulchrꝭ dealbatis
q̄ forꝭ appent hoībꝫ speciosa. intꝰ ple/
na sūt ossibꝫ mortuoꝝ. Scd̄e v̄gies
sūt carne sꝫ nō mēte. ꝛ tales sūt virgies

fatue nõ hñtes oleũ.i.nitorẽ ꝯscie seu hũilitat⁊.q̃s sic hortat̃ b. Gre.i omel'. di. Sepe vos fr̃es charissimi admo⁊neo p̃ua opa fugere. mdi hui⁹ inq̃na mẽta deuitare. s⁊ hodierna scti euãgelij lectiõe cõpellor dicere vt et bona q̃ agit⁊ cũ cautela timeatis. ne p̃ h̃ qd̃ a vob̃ rectuz gerit̃ fauor aut gr̃a hũana req̃rat̃ ne appetit⁹ laudis subripiat. ⁊ qd̃ foris oñdit̃:int⁹ a mercede euacuetur. Nã hõ sine virginitate saluari poterit:sine hũilitate v̄o nũq̃z.iõ ad h̃ venit rex celoꝝ xp̃s vt nos viã hũilitatis doceret exẽplo p̃iter ⁊ v̄bo di. Math. xj. Discite a me qr mit⁊ sũ ⁊ hũil' corde ⁊ ꝓpt̃ hãc v̄tutẽ b. v̄go se ĩ matrẽ d̃i electã gl'iat̃ di. Lu.j. Respexit hũilitatez ancille sue. Tertie v̄gines sũt mẽte ⁊ nõ corpe q̃ vicz ꝯ eaꝝ volũtatẽ violãt̃ Uñ Hiero. Pudicicia ẽ v̄t⁹ aĩ q̃ violẽtiã sp̃ nõ sentit:licet ĩfert̃ corpi:nõ tñ anĩo.talib⁹ illesa castitas duplicat̃ sic̃ fert̃ beatã luciã dixisse pascasio. Si inuitã me fecer⁊ violari:mihi duplicabitur castitas ad coronã. nõ em̃ inq̃nat̃ corp⁹ nisi de ꝯsensu mẽtis. Et sic tales duplex meritũ habebũt. vnũ ꝓ castitate custodita.aliud ꝓ iniuria passa.dato etiã q̃ tal' violẽt̃ opp̃ssa ꝯcipiet neq̃z ex h̃ v̄gitat⁊ meritũ p̃dz.qr h̃ meritũ ñ p̃dit̃ extra mr̃imoniũ nisi solũ p̃ peccatũ.s⁊ ibi nõ ẽ pctm̃.qr s̃m Aug⁊. Nihil pctm̃ nisi volũtariũ. Quarte v̄gines sũt mẽte ⁊ corpe.de q̃b⁹ Aug. Virginitas ẽ ĩ carne corruptibili p̃petue icorruptiõis meditatio. Et Hiero.in epl'a. Virginal' diffinitio ẽ eẽ sctãz corpore ⁊ spũ. Uñ glo.iij. Reg⁊.vj.dicit. Altior ꝓfessio v̄tut⁊ altiorez dz tenere viã viuẽdi.q̃ eĩ abrenũciato ꝯiugio v̄ginitatẽ ꝯsecrãt mores vt oportet v̄ginitati cõdignos ostẽdãt.abstineãt ab ociosis verb̃:ira:rixa:detractiõe:habitu ĩpudico:comesatiõib⁹: potatiõib⁹: atq̃z hmõi.⁊ vigilijs sctis:orõnib⁹:lectõib⁹:elẽosynis ⁊ hmõi vacẽt. Cuius rõ.qr ꝯcupĩa delectatõis ml'tũ ĩclinat ⁊ allicit mẽtẽ ociosã:ita q̃ null⁹ ex se p̃t s̃uare mẽte ⁊ corpe castitatẽ.iuxta illd̃ Sap̃.viij. Scio qr ꝯtinẽs eẽ nõ possũ nisi tu des. Incõtinẽs tñ ꝓpt̃ea nõ excusat̃.qr de⁹ p̃sto ẽ volẽtẽ ꝯtinere adiuuare.maior⁊ eĩ v̄tut⁊ ẽ gr̃a q̃z ꝯcupĩa. licz ip̃a sit mag̃ s̃m vires hũanas .q̃a statĩ vt cogitat d̃ hmõi actib⁹ mẽs sibi adheret nõ discernẽdo an sint licite vl' illicite tales delectatões. Jõ ph̃us.vij ethic̃.assil'at hmõi delectatõz cani.canis eĩ vt audierit sonũ extra domũ statĩ latrare ĩcipit.nõ aduertẽdo si illeveniẽs sit amic⁹ vel inimic⁹.sic ẽ ꝯcupĩa carnal'. Hic ẽ q̃ ꝓpt̃ suã ꝓnitatẽ multos vicit. Aug.d̃ singl'aritate clericoꝝ Crede mihi ep̃s loq̃r vidi pestẽ illã de ijcere cedros libani ⁊ abietes.d̃ q̃ꝝ casu ñ min⁹ dubitabã q̃z ambrosij ⁊ hieronymi. Et Job.in collatõib⁹. Ne credas luto carnis tue oĩb⁹ dieb⁹ vite tue donec etiã obuiauer⁊ xp̃o. Nõ eĩ es fortior sãsone.sãctior dauid.sapiẽtior salomõe.q̃ oẽs hac peste corruerũt. Hic Ber̃. Cũ ml'iere ꝯuersari ⁊ ñ ledi maius miraculũ ẽ q̃z mortuos suscitare. qd̃ min⁹ ẽ facere nõ poteris.vis q̃ credã tibi mai⁹ facere possis. Et s̃m Hiero. Tãta ẽ securitas viri cuz extranea ml'iere sic̃ palee cũ igne. O igit̃ fratres mei.o leticia cordis mei.o futuri ciues celi.fugite occasiõz luxurie.qr tale malũ ẽ q̃ quẽcũq̃z irretire potuerit: nihil alid̃ cogitare p̃mittit. Hic Apl's.j.Cor⁊.vj. Fugite fornicatõz. Sup̃ q̃ Aug. Cũ alijs nẽpe vitijs p̃t expectari cõflict⁹ s⁊ hãc fugite ne approximet⁊.qr nõ alit̃ vici p̃t meli⁹. Sz di.g̃ oĩm aliorũ pctõꝝ ⁊ criminũ vt dic⁊ peior ẽ luxuria Ad qd̃ rñdet Bonauẽ.sup.ij.li.sentẽ. di.xxxiij.q̃.xij.mõis d̃r vnũ pctm̃ ma

ūis altero. Primo causalitate. et sic pctm̄ diaboli ꝺr maiꝰ alijs cuiꝰ inuidia mors ītrauit in orbē terraꝝ. Secūdo generalitate. z sic pctm̄ p̄mi pentis ē maiꝰ. qz i totū genꝰ hūanū se diffudit. Tertio vnū pctm̄ ꝺr maiꝰ alco enormitate. z sic pctm̄ iude ꝺr maxim̄ qz dñm totiꝰ mūdi ieſuz xp̄m vēdidit. Quarto īgratitudie. z sic illiꝰ pctm̄ est maiꝰ q̄ plura gr̄aꝝ dona recepit vane Quīto pctm̄ maiꝰ altero ꝺr pcḱosita te. z sic pctm̄ īgr̄atie ꝺr maxim̄ ū. qz īgr̄ātia ē mꝝ erroꝝ. O si ifidelis nō ignoraret suū falsū ritū certe deuotꝰ peniteret q̄z mḱri xp̄iani nūc. Sexto ſepabilitate. z sic pctm̄ cupiditaſ ꝺr maxim̄. qz alia vitia cū hoie senescūt sola auaricia iuuenescit. Septio īportunitate. z sic pctm̄ ſuppbie ꝺr maxim̄. qa etiā in īp̄is bōis opib ꝫsurgit. Octauo vnū pctm̄ ꝺr alio maiꝰ ipugnatōe z sic peccatū in ſpiritū ſanctū ꝺr maxim̄. qz īpugnat venā gr̄ie z remiſſiōis Nono rone maioris offense. z sic peccatū idolatrie ꝺr maxim̄. Decio rōe facilitaſ reſiſtēdi. z sic peccatū adefuit maxim̄. vt dic̄ mgr̄. qz nulla ic̄linatōz i natura habebat ad peccatū. Undecimo rone maioꝛ ip̄robitatis. z sic vniuſcuiuſq; peccatū p̄t ee maiꝰ ꝫ q̄ cū maiori ip̄robitate z libidie ꝑpetrat Duodecimo vnū peccatū ꝺr maiꝰ altero rone ꝓnitaſ. z sic peccatū luxurie ē maxim̄ ad q̄ hoies cōiter ꝓniores sūt q̄z ad alia pcā. Vide igit vbi multi cadūt: tu ne cadas. Secūdū doctrinā declarādū ex vbis thematis notemꝰ vginū cōmēdatōz optimā. qz dicit. Acceperūt lāpades suas. Accipe ei lāpades ē cū honestate ire. qz q̄ male agit: odit lucē. Sic Jouinianꝰ hereticꝰ q̄ vt dic̄ san. Tho. i ſū. ꝫ gētiles dicebat vgitatē nō ee meliorē mr̄imōio. Sz ille error destruit trplicit scz

Primo auctoritatib.

Scdo rōnibus.

Tertio ſilitudinib.

Prio dirī q vgitas ē melioꝛ mr̄imonio ꝓbat auctib scr̄aꝝ. Dic ei Aug. li. de virgitate. Certa rone scptura aꝝ auctoritate nec peccatū ee nuptias inuenim̄ nec eas bono vginal aut vidualis ꝓtinētie eq̄uim̄. Idē de scta viduitate. Bōa ē pudicicia ꝫiugalis. sz melioꝛ ē ꝓtinētia virginal vel vidual. Et Amb. de virginitate. Pulchritudinē nō pōt q̄s maiorē estimare decore virginitatis q̄ amak a rege. ꝓbat a iudice dedicak a dño. ꝫsecrak deo. Dic Hiero. ad nataliū dic̄. Virginitas purpura ē regalis q̄ q̄sq; indutꝰ fuerit cūctis eminētioꝛ erit. Et ī ō ꝫcludit Apl'us. i. Corꝰ. vij. di. Qui mr̄imonio iūgit vgine suā scz ꝓtinere nolētē bñ facit. z q̄ nō iūgit. s. ꝓtinere volētē melꝰ facit. Idez ibidē. Dico inuptꝰ z viduis bonū ē illi si sic ꝑmaneāt sic̄ z ego. q̄si nō ꝓtineāt nubāt tm̄ in dño. qz melꝰ ē nubere q̄z vri. Ubi Hiero. air. Apl's melꝰ dicit nubere q̄z vri. adolescentula vidua q̄ ꝓtinere nō pōt marituz potꝰ accipiat q̄z diabolū. Laudat ei scptura virgitatē ob amorē dei ꝫseruādā nō aliq̄ corrūpēdam. qz sic illa mr̄imoniū melius dicit. Un Aug. li. de virginitate. Felicioꝛ mihi videt mḱier nupta q̄z virgo nuptura. habz ei illa q̄ ista cupit. Secūdoq̄z q virgitas sit melioꝛ mr̄imonio ꝑbat rōnib ſcz

Primo rone ꝫsilij melioꝛ.

Secūdo rone accepti operis.

Tertio rone ipedimēti amotiōis.

Quarto rone exēpli saluatoris.

Quīto rone p̄cij cariꝛoris.

Sexto rone p̄mij ampliꝛis.

Pria rō q virgitas sit melioꝛ q̄z mr̄imoniū ē ꝫsiliū melꝰ. Nā sic ꝑceptuz ē de necario q̄d salutē: ita cōsiliū de me

lioꝛi bono. z iō apl's ꝟginitatē ꝓsulit. I. Cho. vij. di. De virgīb' p̄ceptū dñi nō habeo ꝓsiliū āt do tāq̄ miscōiaz ꝓsecutus a dño vt sim fidel'. Bonū ē em̄ sic esse. s. ī virgitate. z saluatoꝛ Mat. xix. Sūt eu nuchi q̄ seip̄os castrauerūt p̄ pter regnum celoꝝ. q̄ pōt capē capiat Cōsiliū ꝟo nō ē ō ipossibili nec de inutili sz de meliozi bono. Scōo ꝟ idez p bem' rōe acceptioꝛ opio. Sic̄ ei actō mētis actiōz excellit corpis. z actō vite ꝓtēplatiue actiōi vite actiue. sic virgi/nitas q̄ ad ꝓtēplatōz ordīat est melioꝛ mr̄imonio qō ordinat ad mr̄iplicatiōnē. plus q̄ ad actiuā vitaz ꝓtinet. Ūñ mr̄imoniū replet trā: virgitas āt celū z sic adeq̄t āgel'. iuxta illō Matt. xxij. Erūt hoies sic̄ angli ōi. Vnde Amb. ō virgitate. Supgredit virgitas ꝓditōz hūane nature p quā hoies āglis assimilāt. maioꝛ tū victoria virginū q̄ ā/geloꝝ. qꝛ angli sine carne viuūt. virginitas ī carne triūphat. z Iero ī ser. ō assum. virgis. Jn carne p̄ter carnē viuere ñ ē vita hūana sz anglica Tertio q̄ virgitas sit melioꝛ mr̄imonio. pbat rōe amotōis ipediñti. qꝛ dī. I. Coī. vij Mlier inupta z virgo cogitat q̄ dñi sc̄ vt sit sc̄a z corpe z spū. q̄ āt nupta ē: cogitat q̄ sc̄ mōi quō placeat viro. Et itez. Qui sine vxoꝛe ē solicit' ē q̄ sc̄ dñi quō placeat ō. q̄ āt cū vxoꝛe ē: solicit' est q̄ sc̄ mōi quō placeat vxoꝛi z diuis' est. Nā ī mr̄imonio opteꝫ ītēdere quō placeat ꝓiugi. optz ītēdere cure domestice z nutritōi puꝛoꝝ. Dic̄ etiā sērūs Tho. ij. q. clxxvj. q̄ vsus corpal' co/pule retrahit aīm ne totali ītēcōe feratur ī deū z ī diuīa ac ī dei fuitiū. z ꝟ tū ꝓter solicitudinē domestice cure. tuz etiā ꝓter vehemētiā ōlectatōis. ex cui' freq̄ntī expientia augeī ꝓcupīa. vt dic̄ pbs. iij. etb. Jn statu vero virgitat' ñ oꝛ hoiez eē solicitū ō. puisiōe ꝓiugī vl' filioꝝ. nec ligat affect' dilectōis ad ipos nec exagitat spūs zelotipie: nec q̄rit heredes diuites faciat. nec q̄rit generos vl' nuꝛ' nec suos affiniū suoꝝ. sz p ser. p dño ē solicit' Quarto q̄ virgitas sit melioꝛ mr̄imonio. pbat rōne exēpli saluatoꝛis. nā q̄cq̄d xp̄s elegit ī viaz cō fuauit oi alio ē nobili'. sz xp̄s mr̄em virginē elegit z virginē virgi ꝓmēdauit z ipe virgitatē fuauit. ḡ virgitas ē melioꝛ mr̄imonio. ō q̄ sic ait Amb. Quāta virgitatis gr̄a q̄ meruit a xp̄o eligi vt esset corpale ōi tēplū ī q̄ corpal' hitaret plēitudo diuitatis. virgo mōi salutē virgo pepit vitā vniuersoꝝ. Quito q̄z q̄ virgitas mr̄imōio sit melioꝛ. pbat rōe p̄cij cariorꝛ. tāti ei virgitas p̄cij ē q̄ nihil ei eq̄bit. Juxta illō Eccl. xxvj. Ois pōderatio ñ ē ꝓdig ꝓtinēt' aie. i. oīs res q̄tūcūq̄ sit magni pōderꝛ ñ ē ꝓdigna ad ꝓpatiōz aie ꝓtinēt'. iō admiratiue ōr Sap. iij. O q̄ pl'cra ē casta generatio cū claritate. Tria em̄ solēt admirari. s. qō raꝝ. qō pulcꝝ qō magnū z sic sapiēs mirat virgitatē q̄si raꝝ. sciens q̄ m'ti sūt mōi q̄b' virgitas viciatur. iō bñ vulgariter ōr. Qō raꝝ caꝝ vilescit q̄tidianuz. Scōo mirāt hoies qō pulcꝝ. z tal' ē virgitas ō q̄ Aug. O fulgida virgitas gēma virtutum. germana ag̃loꝝ. lux aiaꝝ. lāpas ecclīaꝝ Nā sic̄ lāpas illumīat hītaculū z facit iocundū: sic virgitas vitā virtuosam. Tertio hoies mirāt qō magnuz. z sic virgitas ē dei donū magnū. de q̄ Cassian' ī coll'. patꝝ. Maioꝛ ē virt' castitatē tenere q̄z ōmōes expellere. Sexto castitas seu virgitas ē melioꝛ mr̄imonio rōe p̄mij āpliorꝛ. nā illō ē maiꝛ bonū cui dat maiꝛ p̄miū. sz ꝓiugat' dat fructꝰ tricesimꝰ. virgīb' vero fructꝰ centesimꝰ. Mat. xiij. Attulit fructū aliud tricesimū. aliō sexagesimū. aliō centesimū Per p̄mū p̄miū mr̄imoniū. p sc̄oz

viduitatꝫ. ꝑ tertiū ꝟgitatꝫ exp̄mit̄. O igit̄ hoīes vani. o voluptate decepti. o delectatōe infatuati q̄ꝫtū thesauꝝ ꝑui pēditꝫ fortit̄ nō custodiēdo q̄nportius pleriq̄ꝫ vestꝝ cū detrimēto sub̄e tp̄alis ac fame laboratis ꝓ destructōe casti/tatꝫ seducēdo ꝟgīes illasq̄ꝫ ꝛ vos eter/nis penis obligādo. O dolēdū malū. O flēdū ꝑiculū. teste Greg. Momēta neū ē qđ delectat: et̄nū aūt qđ cruciat

Tertio etiā q̄ castitas ꝟginalis sit melior q̄ꝫ mr̄imoniū ꝓbat̄ sil̄itudib̄. Nā Hiero. ad Nicolaū sic dic̄ đ ꝟgi/nitate viduitate ꝛ mr̄imonio. Uirgi/nitas thesauro nobilissimo. s. auro. vi duitas ꝯpat̄ argēto. mr̄imoniū ferro. vt sit ꝟgitas auꝝ. viduitas argētum. mr̄imoniū ferrū. Scđo ꝟgitas ꝯpat̄ sol' vl' lucis claritati. viduitas aurore vl' stelle. mr̄imoniū nocti vel lune. vt sit ꝟgitas sol. viduitas aurora. matri moniū luna. Tertio sic. ꝟgitas cōpat̄ ꝑadiso. viduitas portui. mr̄imoniuꝫ pelago. vt sit ꝟgitas ꝑadisus. vidui/tas portꝰ. mr̄imoniū pelagꝰ. Quarto sic. vt sit ꝟgitas diuitie. viduitas me/diocritas. mr̄imoniū pauꝑtas. Quin to sic vt sit ꝟgitas regia. viduitas dn̄a mr̄imoniū ācilla. Sexto sic vt ꝟgitas pax. viduitas redēptio. ꝯiugalitas ca ptiuitas. Jō dicit ph̄s. vij. ethi. Nō ei ꝯtingit q̄ idē hō sit prudēs ꝛ icōtinēs. qꝛ prudēs ē ꝟtuosus q̄ non deducit̄ a passiōib̄ sꝫ potiꝰ regit eas. Genes. iiij. Subtꝰ te erit appetitꝰ tuꝰ. Tertiuꝫ documētū declarādū ex thematꝫ ꝟbis notemꝰ ꝟginū vndecī miliū obsecutō nē cū đr. ꝛ exierūt obuiā spōso ꝛ spōse. exierūt eī obuiā xp̄o ꝑ deuotā orōeꝫ. ꝑ patrie exulatōꝫ. ꝑ mortꝫ toleratōꝫ. ꝛ ꝑ eterne bt̄itudis possessiōꝫ. vt pꝫ ī earū dē legēda. Ad quā nos meritꝫ ip̄aꝝ ꝑ ducat xp̄s ꝟginū spōsus q̄ cū patre et spūsctō viuit et regnat ꝑ īmensa secu/loꝝ secula Amen.

De sctis Symone ꝛ Juda apl'is.
Sermo. xcviij.

Go vos ele/

e gi đ mđo ꝛ posui vos vt eatꝫ ꝛ fructū afferatꝫ ꝛ fructus vr̄ maneat. Joh. xv. Uerba st̄ xp̄i dn̄i ī q̄ bus apl'is đclarabat suū bn̄ficiū exhi bitū ꝓ eo q̄ đ mđi hꝰ ꝑicul' ip̄os segre gauerat ꝛ ad suā piā scolā ordīauerat Nā int̄ alia mđi ꝑicl'a st̄ hec. s.

Primū qꝛ ī eo n̄ ē charitas dei p̄ris
Scđm qꝛ plenū ē diaboli laqueis.
Tertiū qꝛ eiꝰ s̄ui st̄ famuli demōis
Quartū qꝛ amatores suos priuat eternis bonis

Primū siq̄dē mđi ꝑicl'm vn̄ xp̄s suos elegit apl'os apparet ex h̄. qꝛ ī mđo n̄ est charitas dei p̄ris. iuxta illđ. j. Joh. ij. Nolite diligere mđm neq̄ꝫ ea que ī mūdo st̄. Cuiꝰ cāꝫ subdit dicēs. Quia si q̄s diligit mđm: nō ē charitas đi pa tris ī eo. Ubi sciēdū q̄ ī scp̄tura multi plicit̄ accipit̄ mūdꝰ. Primo ꝓ essentia vniuersi q̄ a nob̄ videt̄. de q̄ Joh. j. Et mūdꝰ ꝑ ip̄ꝫ factꝰ est. ꝛ hec n̄ est odio ha bēda. qꝛ ē valde bonū s̄m se. q̄ꝯsidera ta aliq̄lit̄ veniemꝰ ad dei noticiā. Ro ma. j. Inuisibilia dei a creatura mđi id est hoīe ꝑ ea q̄ facta st̄ ītellecta ꝯspi/ciunt̄. sempit̄na q̄ꝫ diuitas et ꝟtꝰ eiꝰ. Alio mō mundꝰ accipit̄ ꝓ deo p̄re. Jo hā. j. In mūdo. i. ī đo p̄re erat. Tertio mō mundꝰ accipit̄ ꝓ hoīb̄ delectatōꝫ sensualitatꝫ seq̄ntib̄. Joh. j. ꝛ mđs eū nō cog̃. qꝛ. j. Cor. ij. Carnal' hō n̄ ꝑcipit q̄ st̄ spūs dei. et Jaco. iiij. Amicicia hꝰ mđi inimica est deo. De h̄ mđo salua tor elegit hos apl'os Scđm deniq̄ꝫ mđi ꝑicl'm appet đ q̄ apl'i st̄ electi. qꝛ ē plenꝰ diaboli laq̄is. A tergo eī laquei diaboli st̄ đlectatōes pctōꝝ p̄teritoꝝ. Aug. Nullū scelꝰ deo tā abominabile

fit q̃ꝫ p̃terita dimissa remiscendo gaudere. Itē a ꝑte anteriori sūt malevolūtates. Itē laq̃us sup̄ nos ē timor inordinat⁹. ꝯ quē ait saluator Mat. x. Nolite timere eos q̄ occidūt corp⁹. Laq̃us ifra nos ē amor īordinat⁹ ad tp̄alia. Tertiū mūdi ꝑiculū ē. qꝛ fui ei⁹ sūt famuli demōis. iō dicit xp̄us dn̄s Matth. vj. Nēo pōt duob⁹ dn̄is fuire. Et Apl's Gal. j. ait. Si adhuc hoībus placerē: xp̄i fu⁹ nō essem. Uidete dn̄i mei quō fui diaboli fuiūt ip̄is. ī estate portāt g̃ues vestes. īduūt se magno studio ꝛc̄. Quartū mūdi ꝑiculuꝫ de q̄ apl'i sūt electi apparet ex h̄ qꝛ mūdus amatores suos p̄uat et̄nis bōis Hic Aug. Sp̄ inq̄t mūdana excluserūt hoīes a btā vita. Et iō dicebat saluator Joh. xviij. Regnū meū n̄ ē de h̄ mūdo. q. d. regnū meū ꝛ regnū mūdi hn̄t ꝯrias p̄cticas. ꝓp̄tea d̄ ist⁹ p̄dictis ꝑicul' istos apl'os elegerat. q̄b⁹ ꝛ dicebat. Ego vos elegi d̄ mūdo ꝛc̄. In q̄b⁹ q̄dē v̄bis scti apl'i simō ꝛ iudas a trib⁹ spēaliter cōmendant̄ scꝫ

Prīo ab electōis rōne. ibi. Ego vos (elegi.

Secūdo ab electoꝝ fructificatiōe. ibi. Ut fructū ꝛc̄.

Tertio a fructuū ꝑduratōe. ibi. Et fruct⁹ vester ꝛc̄.

Primo dixi ꝙ btī apl'i ex v̄bis thematis cōmēdant̄ ab electōis rōne: cuꝫ d̄r. Ego vos elegi de mundo ꝛ posui vos q. d. isti⁹ vestre electōis rō nō ē alia q̃ꝫ mea volūtas ꝛ mea erga vos caritas Et nō vos me elegistis in dn̄m sꝫ ego vos in fuos elegi sine vestr⁹ merit⁹. sꝫ vt ex mea electiōe sitis scti. Un̄ christ⁹ dn̄s elegit hos apostolos specialiter ad ista quinqꝫ scꝫ

Prīo ad familiarit̄ secū ꝯuersādū.

Scd̄o ad feruēter fidē p̄dicādū.

Tertio ad fideliter mundū regēdū

Quarto ad libēter mortē sb̄eundū

Quīto ad v̄acit̄ iudiciū decernēdū

Primo dixi ꝙ mundi saluator elegit hos apl'os ad familiarit̄ secū ꝯuersādū. In v̄itate mirificū donū ē ꝙ ex tot milib⁹ hoīꝫ mōi istos btōs apl'os ad suā scholā ꝛ ꝯuersationē elegit. ex q̄ electiōe valde sūt dignificati. iuxta Ps̄. Nimis honorati sūt amici tui de⁹ nimis ꝯfortat⁹ ē p̄ncipat⁹ eoꝝ. Uere magn⁹ honor ꝛ magna ꝯsolatio fuit conuersari cuꝫ deo īcarnato. videre faciē ei⁹ gratiosā. ītueri mirabilia copiosa ꝑ ip̄m facta. audire v̄ba vite et̄ne. alloqui eū. De q̄b⁹ dicebat ip̄e de⁹ īcarnatus Lu. x. Btī oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis ꝛc̄. Multi eī reges ꝛ ꝓphete voluerūt videre q̄ vos videtis ꝛ nō viderūt. audire q̄ audit⁹ ꝛ n̄ audier̄t. Hāc q̄dē apl'oꝝ ꝯuersatōꝫ cū xp̄o psal. ītelligēs dicebat. Prīcipes ppl'oꝝ cōgregati sūt cū deo abraā. i. cū xp̄o. q̄ spēaliter d̄r de⁹ abraā. qꝛ ei p̄mū fuerat promissus. Isti igit̄ p̄ncipes ꝯstituti sup̄ oēm terrā multotiēs sunt ꝯgregati cū xp̄o deo abraā. Primo qn̄ vocati sūt ad apostolatū Marci. iij. vbi d̄r ꝙ ascēdit iesus in mōtē ꝛ elegit q̄s voluit. ꝛ fecit ꝙ eēnt apl'i. vbi exp̄munt̄ noīa singuloꝝ. Secūdo q̄ꝫ isti apl'i ꝯgregati sunt cū deo incarnato in vltima cena Lu. xxij. dicēs eis. Desiderio desideraui vobiscū māducare h̄ pasca añq̃ꝫ patiar. ꝛ ibi eoꝝ pedes lauit. ꝓlixo sermone eos docuit. insup̄ oēs ī ep̄os ꝯsecrauit dādo ptātē ꝯficiēdi corp⁹ ꝛ sanguinē suū. vt dic̄ glo. di. xxj. ca. In nouo testamēto. ibidē eos ad sue hūilitatis imitationē īuitauit di. Exēplū em̄ dedi vob̄ vt quēadmodū ego feci vob̄ ita ꝛ vos faciat⁹. O aīa mea aīa mea: ꝯsidera q̃ꝫ dulce fuit osculū dei incarnati qn̄ pedes apl'oꝝ osculabatur. q̃ꝫ dulce fuit audire ei⁹ exhortatōꝫ. et q̃ꝫ suaue corp⁹ ip̄ius ꝛ sanguinē sumere.

Uñ Bern̄. O bone iesu q̄ dulcit̄ cuz
hoīb ꝯuersat⁹ es. q̄ mag̃ ⁊ abūdātis/
sima dona eis largit⁹ es. q̄ dura ⁊ as
pera ꝑ eis pass⁹ es. dura v̄ba. duriora
v̄bera. durissima cruc̄ tormēta. Ter
tio apl'i terre p̄ncipes ꝯgregati sūt cū
deo abraā post resurrectiōz. vbi dedit
eis ptātē ligandi ⁊ soluēdi di. Job. xx.
Accipite spiritū sanctuz q̄ꝝ remiserit̄
pctā remittunt̄ eis. Ibidez ostēdit eis
vulnera sua. discipuli v̄o gauisi sunt
viso dño. Quarto apl'i ꝯgregati sūt
in ascēsiōe dñi Act̄. j. qñ vidētib illis
eleuat⁹ ē in celū. Quīto ꝯgregati sūt
in die pēthecostes Act̄. ij. qñ apparue
runt disꝑtite lingue. seditq; sup̄ singu
los eoꝝ et repleti sunt spiritusancto.
Uñ tunc spiritussanct⁹ dotauit apo/
stolos istis q̄ttuor videlicet

Primo cordis innocētia.
Secūdo terrenoꝝ displicētia.
Tertio p̄ceptoꝝ obseruātia.
Quarto aduersitatis tolerātia.

Primo inq̄z spūssanct⁹ dotauit apo/
stolos cordis innocētia cuz q̄ xp̄o ꝑfe
cte adheserūt. Ps̄. Innocētes ⁊ recti
adheserunt mihi. Supbi v̄o auari; i/
uidi: crudeles xp̄o adherere nō pñt. qz
nō sunt ei⁹ discipuli sz diaboli. Nā xp̄i
discipuli ī sua schola pietatē ⁊ hūilita
tē discūt. iuxta illd̄ Math. xj. Discite a
me qz mit̄ suz. Glo. neminē ꝯtēnēdo.
⁊ humil' corde. neminē ledēdo. Secū
do q̄z spūssanct⁹ dotauit apl'os t̄reno
ruz displicētia: al's ip̄m xp̄m dñm seq̄
ñ potuissēt. iuxta illd̄ Lu. xiiij. Nisi q̄s
renunciauerit oīb q̄ possidz non pōt
me⁹ eē discipul⁹. Jō ī ꝑsona oīm apl'o
ruz dicebat petr⁹ Mat. xix. Ecce nos
reliq̄m⁹ oīa ⁊ secuti sum⁹ te. Sup q̄ di
cit Ber̄. Petre bñ fecisti q̄ oīa reliq̄sti
qz illū currētē seq̄ onerat⁹ nō poteras
q̄ exultauit vt gigas ad currēdā viaz.
Tertio spūssāct⁹ dotauit apl'os xp̄i
tribulatōis socios p̄ceptoꝝ obseruan
tia. oīa eī q̄ a xp̄o audierūt p̄cepta ob
ꝑuauer̄t apl'i. alit̄ ei⁹ amici eē nō potu
issent. iuxta illud Job. xv. Uos amici
mei est̄ si fecerit̄ q̄ p̄cipio vob. Quar/
to spūssāct⁹ dotauit apl'os xp̄i aduer/
sitat̄ tolerātia. alit̄ xp̄m seq̄ nō potuis
sent. q̄ dicebat illd̄ Job. xv. Si me ꝑse
cuti sunt ⁊ vos ꝑseq̄nt̄. Nō em̄ ē disci/
pul⁹ sup̄ magistꝝ. ⁊ Apl's. ij. Tim̄. iij.
Oēs q̄ pie volunt viuere ī xp̄o: ꝑsecuti
onē patient̄. Isti reuera apl'i bñ didi/
cerāt sui mg̃ri lectionē. Nā eoꝝ inimi
cos idoloꝝ pōtifices dux cū vellet oc/
cidere nō ꝑmiserunt sed dixer̄t. Mg̃r
nr̄ xp̄s nos nō docuit occidere sz mor
tris obitū migauit in celū coronādus.
qd̄ sic manifestatū ē. Nā eadē hora sā/
ctus eusebi⁹ cesaree palestine metro/
politan⁹ cū in ꝓcessiōe vnacū clero et
ppl̄o incederet. sonū angelice dulcedi
nis in excelso audiuit de q̄ celū ⁊ terra
resonabat. apertisq̄z oculis cordis vi/
dit aīam beati emerici filij reg hūga/
rie inestimabili gl̄ia duci ī celū. Cūq̄z
sanct⁹ eusebi⁹ de h̄ stuperet audiuit ꝓ
tin⁹ de celo vocē dicētē. Sic honorabi
tur q̄ d̄o ī mūdicia ſuierit. Ip̄a q̄z vi/
sio ⁊ melodie dulcedo cuidam archi/
diacono ꝑ orōnē scti eusebij reuelata
ē. Scd̄o dñs māifestauit ī btō emeri/
co dona ss. p⁹ mortē. nā tot ⁊ tāt signis
choruscauit tricesim⁹ dies sui obit⁹ vt
oīb⁹ in regia vrbe albēsi morātib⁹ nō
dies meror sz gaudij eēt: sed ⁊ patrē d̄
filij sui morte amaricatū letū efficeret
Unde mult ip̄i⁹ miraculis vnuz īsi/
gne referam⁹. Nā in theutonia fuit q̄
dā sceleratissim⁹ noīe korardus q̄ cō
pūct⁹ cū de enormib⁹ peccat absoluti
onē habere neq̄ret trist accessit ad xp̄i
vicariū. q̄ eundē ob sceleꝝ enormitatē
lorica induit ac duabus cathenis cir
cūcinxit. Deinde pctā sua in charta cō
sep̄ta sigilloq̄z ꝓp̄o ꝯsignata eidē tradi

dit dicēs. Uade ⁊ sctōꝝ visita reliq̄as ⁊ vbi dn̄s sua tecū oñderit magnalia ibi dissoluent̄ cathene cuꝫ lorica. ⁊ dle bunt̄ scp̄ta d̄ carta hac. et apiet̄ sigillū hoc. Qui post multa sctōꝝ perlustrata loca venit hierosolymam credens ibi remissionē habere vbi sanguis xp̄i ꝓ redemptōe est effusus. Sꝫ deus volens honorare hūc beatū Emericum ibi noluit illi sua ostendere mirabilia Audiēs igit̄ ille celebrē scti Stephani sanctitatē: venit nouissime ī hūgariaꝫ ad sepulcrū eiusdē. q̄ ibi lachrymis ex deuotōe ꝑfusus voto se ex fiducia magna astrinxit dicēs. Hinc nō recedaꝫ donec sciam q̄nti meriti sis apud deū Quē mox sopor opp̄ssit. ⁊ ecce ei astitit btūs Stephan⁹ dicēs. Scias ꝙ merita mea tibi nō suppetūt: sꝫ vade ad tumulū filij mei q̄ seruiuit deo in v̄gini tate. ⁊ est tāti meriti apd̄ deū ꝙ ipse tibi sufficere poterit. Qui exꝑgefact⁹ statim cōsurgēs let⁹ iuit in eadem eccl̄ia ad tumbā beati Emerici ⁊ supplex cepit ip̄m inuocare. Mirabilis deus ī sctis suis. ecce cūct⁹ audiētib⁹ cū grandi sonitu ceciderunt cathene. ⁊ lorica dispersa est ꝑ eccl̄ie pauimētū Ad cui⁹ sonitū om̄es accurrūt ⁊ vidēt dei magnalia Sigillū etiā sūmi pōtific⁹ fractū intuent̄. Sꝫ neq̄ vestigia lr̄arum apparēt ī carta. Sup q̄ p̄posit⁹ eccl̄ie vna cū canonic⁹ ac clero ac pp̄lo gl̄ificauit deū: q̄ sic cog̃uit ⁊ sublimauit beatū Emericū ꝯseruās illi suā miscd̄iaꝫ Per cui⁹ merita gl̄iosa ⁊ nob̄ ꝯcedat hic gr̄am ⁊ ī futuro gl̄iam Amē

De eodem festo btī Emerici Sermo. cv.

Piritus tuus bon⁹ deducet me in t̄raꝫ rectā. p̄s. cxlij. Hec ꝓfecto v̄ba dicebat gl̄iosus dux ⁊ v̄go Emericus reg⁹ hūgarie fili⁹ dū ī p̄nti vita de bono ī meli⁹ spūscō dirigēte ꝓficiebat q̄usq̄ ad terrā viuētium plen⁹ bonis opib⁹ ꝑuenit: vbi sūma rectitudo est. Ad quā t̄rā eūtib⁹ nob̄ tria st̄ ꝯsiderāda. scilicet.

Primo termin⁹ a q̄ amouemur
Scd̄o mediū ꝑ qd̄ dirigamur
Tertio termin⁹ ad quē d̄ducamur

Prīo dixi ꝙ eūtib⁹ nob̄ ad t̄rā viuētium necessariū ē nob̄ ꝯsiderare a q̄ separamur termīo. qꝛ a nob̄. i. a ꝓp̄a volūtate. iuxta illd̄ Ecc̄i. xviij. A volūtate tua auertere. ⁊ Math. xvj. Si quis vult venire p⁹ me abneget semetip̄ꝫ. i. recedat a ꝓp̄a volūtate. qꝛ dic̄ Greg. Nisi q̄s a seip̄o deficiat ad eū q̄ supra ip̄m ē nō appropinq̄t. Uolūtas v̄o ꝓpria s̄m Ber̄. ē q̄ nō ē cōis d̄o ⁊ hoīb⁹. i. q̄ nō fit ad dei honorē ⁊ ꝓxī vtilitatē. Idē. Quid ē qd̄ odit d̄s aut punit nisi ꝓpriā volūtatē. tolle ꝓpriā volūtatē ⁊ ī fern⁹ nō erit. Osee. x. Cōfundet̄ israel ī volūtate sua. g̃ ab ea debem⁹ recedere a q̄ null⁹ p̄t nisi ꝑtrahat̄. Scd̄o iō ꝯsiderem⁹ mediū ꝑ qd̄ dirigamur qd̄ est spūs dn̄i q̄ deducit int̄ alia ꝑ tria. vicꝫ ꝑ timorē. ꝑ castigatōꝫ ⁊ ꝑ amorē. Primo gr̄a dei siue spūs dei deduc̄ volūtatē hoīs a malo ꝑ timorē īmissum. ꝓuer. xv. Timore dn̄i oīs hō declinat a malo. ⁊ Ecc̄i. ij. Qui timēt dn̄m requirūt q̄ bn̄placita st̄ ei. Iteꝝ Judith. xvj Qui timēt te magni erūt apd̄ te ꝑ oīa id est h̄ ⁊ ī futuro. cū eī aīa misera cog̃uerit ꝑ dei gr̄aꝫ ꝙ ē ī medio hostiuꝫ. ꝙ ibit ꝯtinue ad moriēdū. tādē ad iudicium. deinde ad suppliciū nisi vitā emēdet: tūc īcipit resilire a mala volūtate. ⁊ q̄s ista ꝯsiderās audeat ī pctīs ꝑmanere. d̄ q̄b⁹ Ber̄. In iudicio vndiq̄ ert̄ āgustie. hic pctā accusātia. īde t̄rēs iusticia. sb̄t⁹ horridū chaos. desup iudex irat⁹. int⁹ ꝯscīa vrēs. for⁹ mōs ardēs. si

tūc iust⁹ vix saluabit̄: pctōr sic dep̄hen
sus ī quā ptē se auertet: latere erit īpos
sibile. appere ītolerabile. iudex erit ve
hemēt̄ irat⁹. snīa sel' lata erit īmutabil'
tortores horribiles q̄ nūq̄ miserētur.
tormēta erūt sine īteruallo. timor con
turbat te cū terra apiet̄ corā te. corru/
es ī stagnū ignis ardēt̄ ⁊ fetēt̄. ignis
exteri⁹ carnē ꝯburet. ⁊ v̄mis int⁹ ꝯsciē
tiā corrodet. ibi eris sine fine ⁊ sine spe
miscdīe. oīa q̄z gehēne supplicia supa/
būt deū nō videre ⁊ bonis carere oīb⁹

Scdo spūs dei trahit volūtatē ca/
stigatōe. puta infirmitate: damno ⁊c.
Osee. xj. In funicul' adā traham eum
Gre. Mala q̄ nos h̄ p̄mūt ad deū ire
cōpellūt Tertio dei spūs trahit ꝓpri
am volūtatē amore sui qn̄ īmittit co/
gitare cū q̄ta charitate sit creat⁹ ad di
imaginē. ⁊ cū q̄nta dilectōe sit redēpt⁹
ab eterna morte. de q̄ saluator Joh. iij
Sic de⁹ dilexit mūdū vt vnigenitum
suū daret vt oīs q̄ credit ī eū nō peat.
Hinc Ans. Quid misericordi⁹ dici pōt
pctōri eternis supplicijs deputato q̄z
accipe filiū meū ⁊ da ꝓ te. ⁊ filius. p̄sto
sum. accipe me ⁊ redime te. Tertio
ꝯsiderem⁹ terminū ad quem deduca
mur q̄ ē de⁹ ⁊ lex ei⁹. iuxta illd. Justicie
dn̄i recte letificātes corda. Recte q̄p/
pe st̄ leges q̄ dictāt deo creatori seruire
voluptatib⁹ ꝯtraire. mūdū calcare Et
talis est lex xp̄i dulc̄ ⁊ suauis. Math
xj. Jugū em̄ meū suaue ē ⁊ on⁹ meū le
ue. Greg. Pro amore ei⁹ oīs psecutio
hz dulcedinē. oīs afflictio ꝯsolatōem.
In hac lege btūs Emeric⁹ deduct⁹ est
ad terram rectā ducēte ip̄m bono spū
dn̄i. Un̄ ex p̄missis v̄bis ad honorem
bt̄i emerici duc̄ tria notem⁹ salut̄ do
cumēta in pn̄ti s̄mone dei gratia de/
claranda. s.

Primo varij spūs distinctōem. ibi
spūs tuus bonus

Scdo boni spūs opatōem. ibi. de/
ducet me.

Tertio nr̄i spūs quietatōz. ibi. ī ter/
ram rectam.

Primū itaq̄z documētū declarādum
dixi ex p̄tact̄ v̄bis varij spūs distincti
onē ꝓ eo q̄ dr̄. spūs tu⁹ bon⁹. ꝑ h̄ inu/
ens q̄ sit etiā spūs mal⁹ q̄ abduc̄ pec/
catores ꝑ diuersa vicia ad inferni sup
plicia. Jō sciēdū q̄ q̄druplex spūs di/
stinguit̄ in sacra scp̄tura. s.

Primus humanus.
Secundus diabolicus.
Tertius angelicus.
Quartus diuinus.

Prim⁹ spūs dr̄ human⁹ q̄ s̄m partez
inferiorē. i. sensualē est a deo auersus.
ad visibilia ꝯuersus: īmo ad noxia: q̄
facilis est ad seducēdū. debil' ad opan
dū. ⁊ fragil' ad resistēdum. Et null⁹ ab
ista infirmitate ī hac vita naturaliter
pōt liberari. sic̄ necessitas moriēdi q̄z/
diu viuit hō n̄ tollit̄. ita necessitas pec
cādi saltē venialit̄ ꝯseq̄t̄ vitā pn̄tē. ido
dr̄ Gen̄. viij. Sēsus ei ⁊ cogitatio hūa
ni cordis ī maluz ꝓna sunt ab adole/
scentia sua. Et Eccs. ij. Cūcti dies eius
doloribꝫ ⁊ erūnis pleni st̄. Hinc Bern̄
in meditatōib⁹. Nō iste quē gesto īfor
mare nō valeo. cec⁹ ē sz ⁊ mut⁹ surd⁹ ī
ueterat⁹ dieꝝ maloꝝ. rebell' v̄tuti ⁊ v̄i
tati. inimic⁹ cruc̄ xp̄i: vēdit īnocentez.
viceuersa vult crucifigi crucifixū. ⁊ in
fra dic̄. In insipiētia sua nihil est deus
tabescit bonis ⁊ mal' pascit̄ alienis et
īmūdis cogitatōib⁹ vacat; quatitur ⁊
nō fatigatur. ⁊ sic in illis transgrediēs
de die in diē. de nocte in noctem. Un̄
merito quilibet clamare pōt ad deuz
altissimum: ⁊ dicere illud Hiere. xv.
Ue mihi mater mea: quare genuisti
me virum rixe. virum discordie ī vni
uersa terra. Sed certe vt dicitur ad
Roma. viij. Qui s̄m carnē sunt: que

carnis sūt sapiūt. Et ifra. Si ſm car/
nē vixerit moriemi. si āt spū facta car
nis mortificauerit viuet. Et hi solū/
mō itelligunt miseriā ⁊ piculū suū. sic
be. Ber. q̄ sic dicebat. Si me ñ ispicio
meip̄m nescio. si autē me ispicio meip
sū tolerare nō possuz. tāta in me inue
nio q̄ digna sunt rep̄hēsiōe ⁊ ꝯfusiōe. ⁊
q̄nto sepi⁹ me discutio: tāto pl'es abo
miatōes in angul' cordis mei inuēio.
ex q̄ nāq̄z peccare cepi nūq̄z vnā diez si
ne pctō trāsire potui: nec adhuc pecca
re cesso. sz de die in diē. de hora i horaz
pctā pctis addo ⁊ ea p̄ oculis hēo. nec
gemo nec fleo. qd̄ vtiq̄z ē mort̄ idiciū
⁊ eterne dānatōis signū. a q̄ dānatiōe
spūs hūan⁹ nūq̄z p se cauere se poterit
exq̄ ē spūs vadēs ⁊ ñ rediēs. iō d̄r Job
xxxij. Spūs ē i hoib⁹. ⁊ inspiratio om̄i
potētis dat intelligētiā boni. s. ⁊ mali.
boni ad opandū. mali ad fugienduz.
Dicit em̄ Aug. Gr̄a ē lumē aie faciens
hoiez pctm̄ suū cog̃scere. Idē. Nolētez
gr̄a p̄uenit vt velit volentē subseq̄t vt
possit. Jō petit eccl'ia in collecta dicēs
Tua nos dñe gr̄a sp̄ p̄ueniat ac seq̄t.
Hinc Esa. xxvj. Oia opa nr̄a opat⁹ es
nob dñe. Qd̄ ꝯfirmat saluator Jo. xv.
dicēs. Sine me nihil potestis facere.
g̃ ſm Aug. de correctōe ⁊ gr̄a. Gr̄e d̄i
ē q̄cq̄d boni agim⁹. O igit hūane spiri
tus iflate sup̄bia. o excecate ꝯcupiscen
tia cur nō ꝯsideras vias tuas. cur nō
te būilias ad d̄i misericordias. cur d̄o
nō ag̃ de bōis gr̄as. ecce nihil bōi ad
salutē ex te vales facere. clama igr̄ ad d̄i
ifinitā misericordiā dicēdo. Et spm̄ re
ctū inoua i visceribꝫ meis. Scd̄us
spūs ē diabolic⁹. de q̄ Luc. xj. Cū imū
dus spūs exierit ab hoie ābulat p lo/
ca arida q̄rēs requiē ⁊ nō iueniēs dic.
Reuertar i domū meā vñ exiui. et vi/
det scopis mūdatā ⁊ ornatā vadit ⁊ as
sumit septē spūs neq̄ores se. ⁊ ingressi
habitāt ibi. ⁊ fiēt nouissima hois illi⁹
peiora p̄oribꝫ. Hic autē spūs cū spiri/
tu hūano. i. sensualitate fed⁹ inijt vt p
dāt totū hoiez et̄nal'r. Uñ Bern̄. Dia
bol⁹ cōfidit de adiutorio carnis. qm̄
mag̃ nocet domestic⁹ hostis. Illa v̄o
ad subuersiōz meā fed⁹ cū illo inijt: vt
pote de pctō nata. in pctō nutrita. ni/
mis corrupta ab origine: sz mlto am
pli⁹ viciata p̄ua ꝯsuetudie. Hic dicit
magn⁹ Alb. i ꝯpēdio q̄ spūs malign⁹
decipit hoies q̄ttuor mōis. Prio sua
dēdo bonū ꝓpt̄ malū. vt dare elemo/
synā q̄ exinde gl'iet. Secūdo suadēdo
malū sub spē boni. sic p̄iurare ꝓ reb⁹
terrenis alteri⁹ ꝯsuādis. cū tñ ꝓ nll'a
re deberet peierare. Tertio decipit dis
suadēdo bonū tāq̄z nociuū. vt cuz dis/
suadet ꝓbo viro religiōis ingressū ne
egrediēs inde tādē peniteat bonuz fe/
cisse. Quarto d̄cipit diabol⁹ dissuadē/
do malū vt ad pei⁹ reducat. sic qñ sua
det tp̄antiā i victu ⁊ sōno vt q̄s icidat
i idiscretā abstinētiā ⁊ amētiā. ⁊ ꝓfecto
exq̄ d̄r mille artifex hz mille mōs nocē
di. Uñ Bern̄. in meditatōibꝫ. Diabo/
lū quē vt incorp̄eū videre nō possū iō
min⁹ caueo. Et ifra. Laq̄os p̄auit i au
ro ⁊ argēto ⁊ in p̄sonaꝝ pulchritudie.
⁊ in oibꝫ illis q̄bꝫ abutimur: cuz illis
male delectamur imediate illaquea/
mur. nec solū p̄auit laqueū: sz ⁊ viscū.
Uisc⁹ ē amor possessiōis. affect⁹ cogi/
tatiōis. cupiditas honor̄ ⁊ voluptas
carnis. q̄bꝫ aīa iuiscat ⁊ irretit ne pen
na ꝯtēplatōis sup̄ne hierusalē discur/
rere possit. Sagitte diaboli sūt ira: gu
la: luxuria ⁊c. q̄bꝫ aīa vulnerat sic cor
pus ferro sauciat. ⁊ q̄s ē q̄ ei⁹ iacula ig
nea possit extiguere. Et Leo papa in
ſmōe. Nō desinit hostis antiqu⁹ dece
ptionū laq̄os vndiq̄z p̄tendere. nouit
cui adhibeat est⁹ cupiditat̄ cui gule il
lecebras igerat. cui apponat icitamē/

tũ luxurie. cui ĩfũdat vir⁹ inuidie. no/
uit quez merore ꝯcutiat. oĩm discutit
ꝯsuetudines. vẽtilat curas. scrutat̃ af
fect⁹. ⁊ ibi q̃rit causas nocẽdi vbi quez
viderit studiosi⁹ occupari. hec ille. Et
iõ nll'a ꝑsona i hac vita ẽ secura. null⁹
loc⁹. null⁹ ordo. nullũ tp̃s. nll'a etas.
Uñ idẽ Ber̃. Nusq̃z ẽ securitas fratres
mei neq̃z ĩ celo neq̃z ĩ ꝑadiso. ml'to mi
n⁹ in mdo. in celo em̃ cecidit angelus
sub pñtia deitat̃. Adaz ĩ ꝑadiso ĩ loco
voluptat̃. iudas ĩ mdo ĩ schola salua
tor̃. Idẽ. Si ei ocul' videremꝰ ad q̃n/
tã maliciã nos mouet mir̃ eẽt toti mũ
do ꝙ vix saluaret̃ vn⁹ hõ. Nã ex angeli
ca natura astute aggredit̃. et ex longa
malicie exꝑientia cito fallit. Magnã
nãq̃z accepit a d̃o ptãtem vt q̃nq̃z cor
poral'r affligat. sic̃ videm⁹ ĩ obsessis.
q̃nq̃z sanguinẽ ad maliciã ĩcitãdo. q̃n
q̃z mirabiles imaginatões imp̃men/
do. Diabol⁹ ei nõ ẽ ĩmissor malaꝝ co/
gitationũ sz ẽ incẽsor. lz absolute nesci
at hoĩm cogitatões tñ opinat̃. Tũ ex
cordis motõe. Tũ etiã ex fantasmatũ
formatiõe in cerebro. ⁊ illas aut ignit
aut debilitat si suspicat̃ bonũ fore. Ne
cesse igit̃ ẽ oĩb⁹ nob̃ vt clamem⁹ ad do
minuz dicẽtes. De ore leõis libera me
⁊ a cornib⁹ vnicorniũ aĩaz meã. Ter
ti⁹ spũs ẽ ãgelic⁹. de q̃ ad Heb. j. Oẽs
sũt admĩstratorij spũs ĩ mĩsteriũ mis/
si ꝓp̃t̃ eos q̃ hereditatẽ capiunt salut̃.
Qui q̃dẽ ĩ se hñt puritatẽ ⁊ simplicita
tẽ. ad deũ habẽt ꝯformẽ volũtatez. ad
nos v̄o magnã charitatẽ vidẽtes taz
fragiles nos ꝯ tã fortes hostes ⁊ astu
tos pugnãdo nõ sufficere. ex diuĩa or/
dinatõe custodiũt nos sp̃. iuxta illud
Ps̃. Angel' suis de⁹ mãdauit de te vt
custodiãt te ĩ oĩb⁹ vijs t. iõ nũc hostes
repellũt. nũc informãt. nũc orões no/
stras ad deũ ꝑferũt. Ber̃. Discurr̃t an/
geli int̃ nos ⁊ deũ fidelissime portan/
tes nr̃os gemit⁹ ad deũ ⁊ gr̃am fidelis/
sime reportãtes. Et beat⁹ Hiero. ait.
Perferũt angeli cogitatões ⁊ deside/
ria in ꝯspectu dei. Apoc̃. viij. ascendit
fum⁹ aromatũ d̃ manu angeli ĩ cõspe
ctu dñi. Quid ẽ fum⁹ arõatũ nisi orõ/
nes ⁊ desideria electoꝝ q̃ ĩpi repñtant
d̃o efficaci⁹ q̃z dicta sũt. sic̃ aduocat⁹ ef
ficaci⁹ ꝓseq̃t̃ materiaz a simplici hoĩe
auditã. Uñ Job. xxxiij. d̃r. Si fuerit ꝓ
eo angel⁹ loq̃ns miserebit̃ ei⁹. Et Za/
charie. j. dixit angel⁹. Uq̃z quo dñe ex/
ercituũ nõ misereberis hierusalẽ ⁊ vr
biũ iuda q̃b⁹ irat⁹ es. si em̃ angeli post
deũ nos nõ adiuuarent null⁹ nostrũ
ad ultoꝝ saluari posset. q̃z dicit beat⁹
Hiero. Neq̃z tuta esse posset hũana ĩ
firmitas int̃ tot ⁊ tãtas hostis illi⁹ ĩsi/
dias nisi sanctoꝝ angeloꝝ muniret̃ p̃
sidio. Magnas g̃ agam⁹ gr̃as deo q̃
tã fortissimis celi militib⁹ vitã nostrã
muniuit. ⁊ ãgel' ĩpis deuote ꝟuiam⁹.
q̃ ꝓ nob̃ die ac nocte libenter seruiũt.

Quart⁹ spũs ẽ diuin⁹. s. pr̃ ⁊ fili⁹ et
spũssanct⁹ in vna eẽntia. de q̃ Job. iiij
Spũs ẽ de⁹. Est em̃ iste spũs suauis
bon⁹ misericors. ⁊ oĩs bõitatis ⁊ dul/
cedinis fons ⁊ origo. q̃ aliq̃n nob̃ ꝓui
det mediãtib⁹ angel'. q̃nq̃z ĩmediate ꝑ
suã gr̃am ⁊ nũq̃z cessat hoĩes adiuua
re etiã suos inimicos. q̃z vt dic̃ Greg.
Oĩa in nihilũ tẽderẽt nisi man⁹ dei su
stẽtaret. Cui singuli nostꝝ dicãt. Spi
rit⁹ tu⁹ bon⁹ deducet me in terrã. i. in
viã salutis ⁊ inde in locũ felicitatis.

Secũdũ salut̃ documẽtũ notem⁹
ex themat̃ verbis boni spũs dei opa/
tionẽ: cũ d̃r. Deducet me. Btitudo em̃
ẽ q̃d supnaturale bonũ ad quã hõ or
dinat̃: sz ex naturalib⁹ ꝑuenire nõ põt
nisi deducat̃ a d̃o ꝯditore nature. Cu
ius q̃dẽ spũs opatiões salutares licet
sint ml'te: tñ eminẽti⁹ in btõ duce eme
rico relucẽt he tres scz

Primo mentē ipi⁹ dulcorauit
Scdo mentē ipi⁹ eleuauit
Tertio ipm in bono ꝯſuauit.

Primo dixi ꝙ ſpūs bon⁹ dñi mentez beati Emerici dulcorauit. Natura ei ſpūs diuini ē ꝙ ex toto corde ſibi ſuiē/tib⁹ q̄ndā ſpūalē dulcedinē infundat. iuxta illd ps̄. Quā magna mltitudo dulcedinis tue quā abſcōdiſti timen/tib⁹ te. Notāter dic̄. abſcondiſti. qꝛ ſm Bern̄. Delicata ē diuīa ꝯſolatio ꝛ non dabit̄ admittētib⁹ alienā. nec īueniet̄ ī terra ſuauit̄ viuētiū. De hac dulcedīe dr̄ Sap̄. xij. O q̄ bon⁹ ꝛ ſuauis ē ſpūs tu⁹ dñe. Certe bon⁹ ꝛ ſuauis q̄ fac̄ ter/rena deſipere. voluptates abijcere. pe/nitētiā eligere. Hinc Gre. Suaue eſt eſſe in reb⁹ hūanis ſz eis tm̄ q̄ ſpūalia nō guſtāt. Guſtato nāq; ſpū d̄ſipit oīs caro. Hāc ꝓfecto dulcedinē ſpūs ībi/berat iſte btūs dux emeric⁹ a puericia iō abhorrebat delicias ꝛ mdi pōpas. ſz die ac nocte ītēdebat ſuaui orōi. Un̄ legit̄ de eo ꝙ b. Emeric⁹ modico ꝯtēt⁹ ſopore ꝑ ſingl̄as noctes cūct̄ ſe ī lectiſ collocātib⁹ ꝛ vt regiā decet ſobolē du/ob⁹ cādelabr̄ an̄ ſe lucētib⁹ ī pſalmis deo decātādis īuigilabat. Et ī vniuſ/cuiuſq; pſalmi fine veniā cū cordis cō tritione a deo poſtulabat. Qd̄ pr̄ eius caute ꝑ rimā parietis ſepe ꝓſpiciebat. nulli tn̄ ſuoꝝ manifeſtare volebat. O quāta ſuauitate tenebat̄. o q̄nta dul/cedine replebat̄ cui oīa terrena deſipi ebant Scda oꝑatio ſpūs dñi in be ato Emericio eſt ꝙ mentez ipi⁹ ſupra ſe eleuauit vt p̄terito ꝝ pn̄tiū ꝛ futuro rum certā cognitionē hr̄et. Nam ſm Nicolaū de Lyra in ꝓlogo ſuꝑ pſalte rium eleuatio tal̄ mētis ſiue cognitio fit ſm grad⁹. Prim⁹ grad⁹ ē cū alicui reuelat̄ aliqua viſio ꝛ cuz h̄ ei⁹ intelli/gentia. ſicut Hieremias. c. j. vidit ollā ſuccenſam cui⁹ facies erat a facie aq̄/lonis. ꝛ intellexit ꝑ hoc deſignari exer citum babylonis ventuꝝ ad combu/rendum hieruſalē. Unde nec pharao nec rex balthaſar nec cayphas habue runt mentē eleuatā. Licet enim Pha rao ī ſomnis vidit ſeptē ſpicas ex vno calamo ꝓcedentes. ſimiliter ſeptē bo/ues pingues ꝛ ſeptē macilentos q̄ ſu/perauerūt pingues. vt habetur Gen̄ xlj. Et Balthaſar in vigilia vidit ma/num ſcribentē in pariete. Mane the/tel phares. Dan̄. v. quia nō habuerūt intelligentiā. Sed Joſeph ꝛ Daniel q̄ intellexerūt. Ideo dicit̄ Dan̄. x. Intelli gentia opus eſt in viſione. Eadem rō ne Cayphas Job. xj. qui dicebat. Ex/pedit vobis vt vnus moriatur hō ꝓ populo ꝛ non tota gens pereat. Intē debat em̄ ſolū dare cōſiliū ꝙ innocēs chriſtus magis deberet mori q̄ Ro/mani tollerent locū ꝛ gentem. Propt̄ hoc non fuit ꝓpheta ꝓprie loquendo: ſicut aſina Balaam non fuit animal rationale: q̄uis per linguā eius fue/rit prolatū verbū rationale: āgelo ipi us linguam mouente: abſq; tamē co/gnitione aſine. Sic ꝛ Cayphas a ſpi/ritu ſancto dicebat. nō tamen ſicut ſpi ritu ſſanct⁹ flagitabat ipe intelligebat

Secūdus gradus eleuatōis men tis ſiue reuelatiōis eſt quādo non fit aliqua viſio vel apparitio: ſz auditur vox inſtruens de aliquo ſuꝑnaturali ter. ſicut. j. Regum. iij. Samuel audi uit vocē dñi loquentis: nec tamen vi/dit aliquā effigiem ſibi apparentem. Quod patet ex hoc quia credidit ꝙ he ly ſacerdos loqueret̄ ei. ꝛ iſte grad⁹ ele uatōis mēt̄ ē excellētior q̄ p̄m⁹. qꝛ vo cibus q̄s certificat̄ mag̃ q̄ figur̄ tm̄.

Terti⁹ grad⁹ eleuatiōis mētis ē qn̄ non ſolum auditur vox inſtruens: ſz etiam cū hoc ꝑſona aliqua loquens. Eſt iſte grad⁹ reuelatōis eſt excellētior

p̄dictꝰ duobꝫ gradibꝫ. q̄ variat̄ triplici
ter. qꝛ ꝑsona apparēs aliqñ ē hō sctūs
sicut. ij. Mach. xv. hr̄ ꝙ Onias iaꝫ de
functus apparuit iude machabeo di
cens ei de hieremia ꝓpha sil'r apparē/
te. hic ē q̄ multū orat ꝓ ppl'o ⁊ vniuer
sa ciuitate sancta hierl'm. Aliqñ q̄ ap/
paret est angelꝰ. sic̄ cōit̄ fuit ī veteri et
nouo testō Lu. j. btē v̄gini gabriel. Ali
qñ q̄ apparet ē effigies repñtās ipsuꝫ
deū. sic̄ Esa. vj. dr̄. Vidi dñm sedētem
sup̄ soliū excelsuꝫ. ⁊ infra Audiui vocē
dicētꝫ mihi. quē mittā ⁊ q̄s ibit ꝓ nob
⁊ dixi. Ecce ego mitte me. Et iste g̃dus
reuelatōis est excellētior aliꝫ duobꝫ p̄
dictꝫ. Nūc reuelatōis g̃dū habuit be/
atꝰ Emericꝰ; de q̄ legit̄ ꝙ dū nocte q̄/
dā orōnis cā secreto vno tm̄ ꝯtētus fa
mulo antiq̄ssimā q̄ ī ciuitate ⁊ vespri/
mieñ. ad honorē scti Georgij fabrica/
ta ē intraret eccl'iaꝫ: ibiq̄ꝫ orōni vacās
q̄d acceptabilꝰ deo offerret penes se
tractaret. subito lumen cū ingēti clari
tate totū eccl'ie circūfulsit edificiū. in q̄
vox diuīa de supnis sic intonuit. Pre
clara ē v̄gītas, v̄ginitatē a te mentꝫ et
corpis exigo. hāc offer. ī h̄ ꝑsta ꝓposito
Ille aūt nō in se p̄sumēs sꝫ ad gratiaꝫ
tāq̄ꝫ ad verā medicinā ꝯfugiēs ait Do
mine deꝰ vniuersitatꝫ inspector ⁊ hūa
ne ībecillitatꝫ adiutor q̄ aufers spiritū
p̄ncipū. ⁊ terribil'es apd̄ reges t̄re bñ
placitū in me ꝑfice ⁊ noxios motꝰ q̄ ꝯ
aīam militāt rore miscdie tue extīgue
Tādē mīstro q̄ huic ⁊ aliꝫ diuīs my/
steriꝫ aderat ne cuiq̄ꝫ rem hmōi vsq̄ꝫ
ad obitū apiret obsecrādo īterdicebat
Qui tādē ex paterna dispositōe v̄ginē
regiā despōsauit cū q̄ in v̄ginitate vi/
uēs carnē suam ieiuniꝫ macerabat ⁊
aīam orōe reficiebat ne carnis titilla/
tio dñaret. O mirāda iuuenis ꝯtinen
tia q̄ fonte lachrymaꝝ extinxit amorꝫ
incēdia. Quartꝰ q̄ꝫ gradꝰ eleuatōis
mentꝫ siue reuelatōis ē q̄ñ sine appa/
ritione alicuꝰ signi vel figure sensibil'
capit̄ v̄itas d̄ occultꝫ ꝑ diuinā reuela
tionē. ⁊ iste gradꝰ reuelatōis ē excellen
tior p̄dictꝫ. Sic̄ ille diceret̄ melioris ī/
genij q̄ sine sil'itudinū manuductione
ad capiēdā v̄itatē instrueret̄. Et in isto
g̃du spūssctūs aliqñ eleuat mentē ali
cuiꝰ de p̄ñti tm̄ ⁊ nō de futuro; nec d̄ p̄
terito. Sic̄ Actuū. x. de nūciꝫ cornelij
dixit spūssctūs petro. Ecce viri tres q̄
rūt te. ⁊ sic facta est reuelatio de p̄senti
nō tm̄ de p̄terita visiōe cornelij q̄ vidit
angelū sibi dicentē. mitte viros ī Jop
pen ⁊ accersi symonē. h̄ dicet tibi q̄d te
oporteat facere. Quā visionē Petrus
postea cog̃uit ꝑ reuelatōꝫ cornelij. Si
milit̄ nec cog̃uit descēsuꝫ s. s. sup̄ corne
liū ⁊ eiꝰ amicos audiētes v̄bū dei. ꝓpt̄
qd̄ h̄ vidēs petrꝰ fuit valde admiratꝰ
qd̄ nō fuissꝫ si p̄cog̃uisset. Aliqñ vero
spūssctūs tāgit mētē ⁊ eleuat tm̄ de p̄/
terito. sic̄ moysi facta fuit reuelatō cre
atiōis celi ⁊ t̄re cum dixit. In p̄ncipio
creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Aliqñ āt spūs/
sctūs eleuat mētē alicuiꝰ tm̄ d̄ futo. sic̄
Gen. xxij. Isaac bñdicēs filio suo Ja/
cob cog̃uit ea q̄ circa eū erūt futura. ta
mē ipm̄ p̄ñtē non cog̃uit. qꝛ credebat
ipꝫ eē esau. nec cog̃uit ꝯsiliū rebecce p̄/
teritū qd̄ dederat Jacob ꝓ petitōe bñ
dictōis p̄ne. Aliqñ āt s. s. eleuat mētez
de p̄ñti ⁊ futo sil'. sic̄ Gen. xlix. Jacob q̄
p̄ senectute videre ñ poterat manassen
⁊ effraym p̄ñtes ꝑ spm̄ ꝓpheticū cog̃uit
ꝓpt̄ qd̄ cācellatꝫ manibꝫ dexterā super
iuniorē posuit q̄d eēt futuꝝ vtriq̄ꝫ p̄di
xit. Aliqñ v̄o s. s. eleuat mētē ī cognitō
nē de p̄ñti p̄terito ⁊ futuro sil'. sic̄ Luc.
j. dr̄. ꝙ elizabeth ad salutatiōeꝫ marie
repleta est spūsctō. ⁊ exclamauit ⁊ di/
xit. Bñdicta tu ī mulieribꝫ ⁊ bñdictus
fructꝰ vētrꝫ tui. Ubi patet ꝙ cognouit
filium dei esse in vtero presentialiter.

seqtur. Et btā q̄ credidisti. s. angl'o nū
ciāti. vbi pz q̄ fuit illustrata d̄ mō ꝯce
ptōis p̄terito. Sil'r fuit edocta d̄ futu
ro. iō dixit. Perficiēt̄ i te ea q̄ dicta sūt
tibi a dño. Spūsscūs eī opat̄ in mēti
bus hoīm ꝓut vult. Sic etiā eleuaue
rat mētē bti Emerici ducꝭ. Uñ legit̄ d̄
ipo q̄ dū sel'btūs rex stephan⁹ ad ec/
clesiā bti martini quā ipe i sctō monte
pānonie ichoauerat: ꝛ egregia mona
cho ꝝ ꝯgregatōe decorauerat cā orōis
vna cū filio aduenit. rex sciēs pueri p̄/
cellēs meritū: honorē q̄ eū decuit ipē/
dit filio. qꝛ pacta ꝓcessiōe filiū p̄us sa
lutāduꝫ p̄misit. puer āt emeric⁹ spūscō
replet⁹ ꝓut ei reuelauerat ſm h̄ frībus
oscula ineq̄lit̄ distribuit. alij q̄dē vnū
alij tria. alij q̄nqꝫ. postremo vni septē
oscula mltiplicauit. quā rē oīb⁹ intuē
tib⁹ pr̄ admirabat̄. ꝛ finita missa de h̄
ꝑcūctat⁹ a filio cur ineq̄lit̄ frīb⁹ oscula
distribuit. q̄ singl'oꝝ merita corā pr̄e ꝑ
tractās. vicꝫ. q̄ꝫto tp̄is spacio i virtute
ꝯtinētie ꝑstitissent ꝛ sub ea ꝯsideratōe
alijs plura. alijs pauciora. illi ꝟo cui
septē mltiplicauit ꝟginalē vitā ꝑduxis
se asseruit qd̄ h̄ mō cōptū ē. vt pz in ser
mone p̄cedēti Tertio q̄ꝫ spūs bon⁹
dñi btm̄ emericū i bono ꝯſuauit sine
q̄ null⁹ in bono ope ꝑseuerare p̄t. qꝛ si
cut necesse est creature vt creet̄ a dño.
ita necesse ē vt ꝯſuet̄ i bono. iō dicebat
saluator. Oīs plātatō quā pr̄ me⁹ cele
stis nō plātauit eradicabit̄. Sꝫ assistē
te gr̄a talia ꝑficit opa q̄ nō possꝫ ex na
tura. Aug⁹. Scti pr̄es inspiratōe diui
na fecer̄t difficilia q̄ qd̄ āmō nob̄ vidē
tur ipossibilia. ꝛ h̄ ē qd̄ dic̄ apl's Ro.
viij. Sil'r aūt ꝛ spūs adiuuat infirmi
tatē nr̄am. Et. j. Chor̄. xv. Habūdāti⁹
illis oīb⁹ laborauī. ꝛ subdit. nō ego sꝫ
gr̄a dei mecū. Jō ꝯcludit ps̄. di. Mi/
sericordia ei⁹ subseq̄t̄ me. s. i bono icho
ato ad ꝑficiēdū. Et Phil'. j. Qui cepit
in vob̄ op⁹ bonū ꝑficiet. Hinc. j. Pet̄.
vlt̄. De⁹ aūt oīs gr̄e q̄ vocauit vos in
eternā gl'iam suā in xp̄o ih̄u modicuꝫ
passos ipe ꝑficiet ꝯfirmabit solidabit
qꝫ. Hoc spū ꝯfortat⁹ beat⁹ Emericus
sup̄ fragilitatē hūane nature int̄ deli/
cias diuitias ꝛ honores i iuuētute cū
ꝟgine sibi despōsata ꝑseuerauit i ꝟgi
nitate: hūilitate ꝛ vite austeritate ac d̄
uotiōis sanctitate. i q̄b⁹ ꝑ se ꝑmanere
nō potuisset Tertiū salutꝭ documē
tum ex thematꝭ ꝟbis declarādū ē nr̄i
spūs q̄etatio cū d̄r. Deducet i terrā re/
ctam. i. in eternā gl'iaꝫ q̄ d̄r terra viuē/
tium. nr̄a ꝟo terra moriētiū. Jbi ei be
ati viuūt ſm rectitudinē rōnis deum
sup̄ oīa diligēdo ꝛ ꝓximos sic̄ seip̄os.
Nā i p̄nti appetit⁹ noster est ita fame
licus q̄ si totū mdm cū oīb⁹ bonis ha
beret satiari nō posset. sed in terra vi/
uentiū dicet illud ps̄. Satiabor cum
apparuerit gl'ia tua. Bern̄. Aīa oīb⁹
occupari pōt: satiari aūt nō. nisi eo ad
cui⁹ imaginē creata est. Et beat⁹ Aug.
de ciui. dei. Si hō illd̄ summū bonuꝫ
attingit: in illo oīa bona ꝑcipit. Nā il
lud solum est optimū ꝛ veꝝ bonū qd̄
om̄ia bona p̄cellit sine quo nulla na/
tura subsistit. nulla doctrina instruit.
nullus vsus expedit. ibi om̄ia secura
sunt: nulla bona deficiūt. h̄ bono spūs
beati Emerici q̄etatus in terrā rectaꝫ
deductus est. vt patet in visione beati
eusebij cesarien̄. palestine. q̄ vidit ani/
mā beati emerici existēs tūc i ꝓcessiōe
cum ingēti exultatōe ab angelis dedu
ci in celū. vbi q̄ postulat a deo ipetrat
sicut patet de Conhardo alemano vt
patꝫ in legēda. q̄ ei veniā pctōꝝ mira
culose impetrauit. Rogem⁹ igr̄ ꝛ nos
vt nob̄ etiā impetret spm̄ bonum dñi
qui deducat in terrā rectā viuentium
vbi sine fine videbitur pater fili⁹ ꝛ spi/
ritussanctus

De sancto Martino episcopo

De sancto Martino epo
Sermo.cvj.

Recinxisti

p me vtute ad bellum ⁊ sup plantasti insurgētes in me subtus me.ps.xvij. Charissimi hec v ba licz dauid dixerit de seipo. tn rōna biliter intelligi pñt de btō martino q̄ triumphauit de trib humani gener inimicis.s.

Primo de diabolo q̄ ē inuisibilis.
Scdo de mdo q̄ ē infatigabilis.
Tertio de carne q̄ est insepabilis

Prio nāqz beat martin triūphauit de diabolo q̄ ē host inuisibil.iō vbiqz valde timēd.j.Pe.vlt. Aduersari vr̄ diabol circūit tāqz leo rugiēs q̄rens quē deuoret.cui resistite fortes in fide Cōtra hūc hostē b.martin fortiter di micauit ⁊ eū vicit:nō solū iuisibilit sz etiā visibilit. apparuit eī ei diabolus purpurat ⁊ diademate nitēs dicēs se eē xpm. Qui ī spū itelligēs fore īimicū dixit. Dñs me nō purpuratū nec dya demate nitentē se vētur pmisit. Ego euz nisi ī ea forma q̄ passus ē videro: nō credā. Ad hāc vocē diabol dispa ruit ⁊ cellā fetore repleuit. Ecce quō p muz inimicuz vicit b.martin. Jō bñ dr̄ martin q̄si martē.i. bellum tenēs.

Scdo q̄z triūphauit d mdo q̄ ē infa tigabil.mltos q̄ppe se seq̄ntes fatiga uit ⁊ tādē īcinerauit ⁊ adhuc vadit ve locit ⁊ sequūt ip̄z mlti.de qb Jac.iiij. dr̄ Qui amic ē mūdi īimic ꝯstituit di Et b.Gre.ait. O vita pñs q̄z mltos de cipis q̄ dū fug nihil es.duz vider vm bra es.duz exaltar fum es. dulc es stult.amara sapiētib.q̄ te amāt:non te cog̃scunt.q̄ te fugiunt ipi te itelligūt alijs te lōgā pmitt vt decipias:alijs breuē vt ī desperatōez īducas. Hunc etiā inimicuz dei ⁊ sui miles xpi mar tin pcinct paupt̄ate ac humilitate su perauit.qr p ipm nō cucurrit:sz post xpm. Un dr̄ de eo q ocul ac manib ī celuz sp intendēs īuictuz ab orōe spm nō relaxabat.sz duc sui xpi auxilium poscebat Tertio ipe triumphauit d tertio hoste.s.carne q̄ est insepabilis.q̄ vt dicit apl's:ꝯcupiscit aduersus spm ⁊ spirit aduersus carnē. Hinc Tulli ait. Nulla capitalior pest est q̄z volu ptas corpis. ꝓpterea pmonet apl'us Col.iij. Mortificate mēbra vr̄a q̄ sūt sup terrā. Qd salubre ꝯsilium ipe sic te nuit vt etiā tpe sue mortis noluit mo ri nisi in cinere ⁊ cilicio.cui austeritati vite ꝯsonat sui nomis ethimologia. Martin em dr̄ q̄si martyr vnus: q̄ est pcinct xpi miles supplantās mun dum carnē ⁊ diabolū. Un ex pmissis vbis beat Martin a duob spēalit cōmendatur.s.

Prio a spēali certamīe.ibi. Precin xisti me vtute ad bellum.

Scdo a notabili iuuamīe.ibi.⁊ sup plātasti insurgētes ⁊c.

Primo dixi q beat martin ꝯmēdat ex his vbis themat a spēali certamie cū dr̄. Precinxisti me vtute ad belluz. sic em in bello materiali req̄runt ar ma ⁊ indumēta bellica.ita ī spūali ar ma ⁊ īdumēta spūalia q̄ sunt vbū dei ⁊ virtutes.⁊ ī vtrisqz armis beat mar tin legitime certauit. Pro q̄ ē notan dum q triplex est militia.s.

Prima militia laycalis
Scda militia clericalis
Tertia militia spiritualis

Prima igit militia est laycal. qñ quis per arma bonū pacis procurat. de q̄ dicit Aug.li.de verbis dñi. Milita re nō est delictū.sz ꝓpter pdā militare peccatum est. Jdem ad Bonifacium Noli estimare neminem deo placere posse qui armis bellicis mistrat. In

his erat san. dauid cui dñs tã magnũ
testimoniũ ꝑhibuit. In his erat ille cẽ
turio q̃ dño dixit. Dñe nõ sũ dign⁹ vt
ĩtres sub tectũ meũ. xxiij. q. j. noli. Vñ
Luce. iij. Milites veniẽtes ad iobem
baptistã dixerũt ei. Quid faciemus et
nos scz ꝓ nostra salute. Non dixit di/
mittatis militiã. sed quid. Neminem
ꝯcutiatis nec calũniaz faciatis. estote
ꝯtenti stipẽdijs vestris. Hec reuera ẽ
regula militantiũ quã q̃ obseruãt vi/
uent. Sed qꝛ modernis tꝑibꝫ multi
z q̃si oẽs calũniãt: rapiũt: spoliãt: vul/
nerãt: discordiã poti⁹ suscitãt q̃z extin/
guũt. tales sunt lorica diaboli induti
quẽ imitant q̃ ab initio homicida fu/
it. Iõ b. Aug. ꝓꝑ taliũ ꝑiculũ sepe di/
cere solebat. Tria inq̃t didici a mgr̃o
meo Ambrosio. Primũ ꝙ nemi mili
tare ꝯsulo. Secũdũ ꝙ neminẽ matri/
monio tradi ꝓcurabo. Tertiuz ꝙ ad
ꝯuiuiũ inuitat⁹ nõ ibo. Verũtñ vt oĩs
laicaliter militans vere possit dicere.
cũ bea. mar. illud verbũ thematꝫ. In
duisti me virtute ad bellũ: tria debet
habere in se q̃ bea. mar. in ista militia
habebat. s. bonã volũtatẽ hũilitatez z
pietatẽ. Primo inq̃z miles dz habere
bonã volũtatẽ vt pugna ei⁹ fiat ad ho
norẽ diuinũ z vtilitatez reipublice. vt
nõ furia suꝑbia aut ꝓꝑa vindicta im
pellat ad effundẽdũ hũanũ sanguiez
sz iusticia z necessitas. z tal' etiã si mo/
rit̃ viuit. si vincit̃ vincit. qꝛ dominus
ẽ iustus. z q̃ ꝓ iusticia morit̃ ꝓ dõ mo
rit̃. z q̃ ꝓ dõ morit̃ viuet ĩ eternũ. iõ Ecc̃i
iiij. Usqz ad mortẽ certa ꝓ iusticia. vñ
Aug. ad Bonifaciũ ait. Hoc ꝑmũ co
gita qñ armarꝫ ad pugnaz ꝙ vt⁹ tua
etiã corꝑalis donuz dei ẽ. si cogitab de
dono dei nõ facies ꝯ dñm. Hãc q̃ppe
bonã volũtatẽ habuit b. mar. q̃ saba/
rie pãnonioꝝ oppido oriũd⁹. sz intra
italiã papie alit⁹. cui⁹ pr̃ fuit tribun⁹
militũ. q̃ sub cõstãtino z iuliano mili
tauit licet inuit⁹. qꝛ ab infantia mens
ei⁹ circa ecc̃lias erat z monasteria. Et
cũ eẽt ãnoꝝ. x. se cathecuminũ fieri po
stulauit. z extũc heremũ intrasset nisi
carnis ĩfirmitas obstitisset qd̃ postea
deuot⁹ ĩpleuit. Cũ aũt cesares decre/
uissent vt veteranoꝝ filij ꝓ ꝑentibꝫ mi
litarẽt. Martin⁹ ĩ git̃ cũ eẽt ãnoꝝ. xv.
a pr̃e capt⁹ z catenat⁹ ad militãdũ vr
get̃. Ex his claret b. mar. bõa volũtas
Scdo miles dz hr̃e hũilitatẽ. nũq̃z em̃
sic dz hõ se hũiliare q̃z qñ vadit ad ex/
tremã hũilitatẽ. i. mortẽ. stipẽdiũ em̃ ẽ
ꝑciũ vite militꝫ tꝑale. Sz moderni mi
lites sũt ꝑsũptuosi: suꝑbi elati: hũilita
tis inimici. pl⁹ ẽ eoꝝ arrogãtia q̃z po/
tẽtia. de q̃bꝫ Ber̃. ĩ ser. sic ait. Quis b o
milites tã stupid⁹ error ac furor tãtis
sũptibꝫ ac laboribꝫ militare. stipẽdijs
v̄o nullis: nisi aut mortis aut crimis
oꝑitis eq̃s sericꝫ z pẽdulis nescio q̃b⁹
q̃s pãniculos loricꝫ suꝑinduitꝫ. depin
gitꝫ hastas: clypeos z sellas: frena z cal
caria auro z argẽto circũornatꝫ. et cuz
tãta põpa pudẽdo furore et ĩpudenti
stupore ad mortẽ ꝓperatꝫ. militaria st̃
hec ĩsignia an mlĩebria poti⁹ ornamẽ
ta. nũq̃d forte hostil' mucro reuerebit̃
auꝝ. gẽmis ꝑcet. serica penetrare ñ po
terit. hec ille. Et certe tales nec reputãt
hũiles q̃lis fuit b. mar. Nã magni ꝑn
cipis existẽs fili⁹ vno cõtẽtus famulo
cui viceuersa ministrabat. calciamen
ta detrahebat z extergebat. ac cibũ si/
mul cũ eo capiebat. Tertio miles dz
hr̃e pietatẽ si vult saluari vt vicz ꝓ mi
serabilibꝫ ꝑsonis orphanis z viduis.
nõ solũ sua: verumetiã sanguinẽ si ne
cesse fuerit effundat. Sic dux xp̃iani/
tatꝫ xp̃us ex sua pietate seip̃m obtulit
in ara crucis. Ideo dicit Apl's. j. Ti/
moth. iiij. Exerce te ad pietatẽ. Nã cor
poral' exercitatio. s. ieiunioꝝ: vigiliaꝝ

De sancto Martino episcopo

ꝛ hmōi ad modicū vtilis ē. pietas aūt
ad oīa valet. Hinc Amb. ait. Oīs sū/
ma xp̄iane religiōis in pietate ꝛ mise
ricordia ꝯsistit. quā aliq̄s sequens ꝛ si
lubricuꝫ patiat̄ carnis sine dubio va/
pulabit sꝫ nō ꝑibit. qđ ītellige de eo q̄
penitet. Uñ etiā dñs iesus cū miseri/
cordia ꝛ pietate finale iudiciū t̄minā/
dū p̄dixit dicēs Mat. xxv. Uenite bñ
dicti p̄ris mei ꝑcipite regnū qđ vobis
ꝑatū ē a ꝯstitutiōe mūdi. Esuriui em̄
ꝛ dedistis mihi manducare ꝛc̄. Hanc
xp̄i dñi lectionē bñ didicerat b. marti
nus in militia adhuc laicali. q̄ oīa q̄
hr̄e poterat pauꝑibꝫ erogabat. Quo/
dā em̄ hyemali tp̄e cū frig⁹ p̄ter solitū
inferbuisset ꝑ portā ambianēsiū cum
militibꝫ trāsiēs quendā nudū obuiaꝫ
habuit q̄ militibus supplicabat vt sui
misererent̄ ne frigore ꝑiret. plerosq̄ ei
tūc frig⁹ intēsuꝫ extinxerat. quē oēs cū
p̄terirēt mar. ītellexit illū sibi refuari.
sꝫ q̄d ei daret nō hēbat. q̄ iaꝫ oīa ī op⁹
sil̄e ꝯsumpserat. Accepto igit̄ ense cla/
midē diuidit in duas ꝑtes ꝛ ꝑtē ex pi/
etate pauꝑi tribuit. reliq̄ rursus indu
itur. Sequēti em̄ nocte cū se sopori de
disset vidit xp̄m clamide sua indutū:
quē iubet̄ martin⁹ agnoscere. audiuit
deniq̄ xp̄m dicentē angelis. Marti/
nus adhuc cathecumin⁹ hac veste me
ꝯtexit. O felix vestimētū q̄ rex gl̄ie īdui
dignat̄. hic certe impletuꝫ extitit illud
Matth. xxv. Qđ vni ex minimis me/
is fecistis mihi fecist̄. O pie xp̄e. o ma
gister misericordie q̄d audituri sūt illi
milites q̄ nō solū alios nō vestiūt. sꝫ ꝛ
vestitos pauꝑes spoliāt. certe si tu es
vere filius dei vera igit̄ dixisti. ꝓpterea
audiēt illđ t̄ribile dictū Ite maledicti
ī ignē eternū. et̄nū eternū attēde eter/
nū. Cū igit̄ martin⁹ eēt annorū. xviij.
baptisari se fecit. ꝛ ad instantiā sui tri/
buni q̄ expleto tribunat⁹ officio se ab/
renūciatuꝝ seculo ꝓmittebat ꝑ bien/
niū militauit. Interea irruētibꝫ intra
galliam barbaris iulianus cesar con
tra eos militibꝫ pugnaturis pecuniā
distribuebat. Beat⁹ v̄o martinus no
lens ampli⁹ militare nec stipendiū ac
cipere iō cesari ait. Xp̄i miles suꝫ ego
pugnare mihi nō licet. Indignat⁹ iu/
lianus dixit. q̄ metu mortis militie
resignaret. Cui b. martin⁹ ait. Si hoc
nō fidei sꝫ ignauie deputat̄. cras iner
mis signo tm̄ crucis munit⁹ penetra
bo cuneos hostiū. Uñ custodiri iube
tur vt inermis barbaris obijciat̄. Sꝫ
die sequēti hostes legatōꝫ mittūt se et
sua dātes. nō em̄ ē dubiū talē victoriā
datā meritis b. marti. Et qꝛ deo dile/
cti scitote q̄ multi sūt milites q̄ nō ha
bēt p̄dictas v̄tutes. Jō đr de pe. di. v.
Falsas. Et mgr̄ in. iiij. dis. xiiij. Miles
vel negociator vel alicui officio dedi/
tus qđ sine pctō mortali exercere nō
pōt recognoscat se verā penitētiā non
posse ꝑagere nisi officiū resignet. alie/
na restituat. aut odiū in corde dimit/
tat. Interiꝫ q̄cq̄d boni pōt hortamur
vt faciat vt de⁹ cor ei⁹ emolliat. Se
cūda deniq̄ militia ē clericalis q̄ se de
bent armare ꝯ errores scripturaꝝ au
toritatibꝫ. Uñ Hiero. ꝛ hr̄. xvj. q. j. Si
clericat⁹. Titillat đsideriū tuū discas
qđ possis docere. ne sis miles añq̄ ty
ro. Arma ei clericoꝝ sūt sacre scp̄ture
sctōꝝ p̄rocinia or̄oes ac lachryme. hic
dic̄ Amb. xxiij. q. viij. cōuenior. Aduer
s⁹ milites ꝛ gothos arma mea lachry
me mee sūt. ꝓfecto ñ debēt clerici alijs
armis intēdere. qꝛ đr. ij. Tim̄. ij. Ne/
mo militās deo īplicet se negocijs se/
cularibꝫ vt ei placeat cui se ꝓbauit. pos
sūt tñ assistere iuste bellātibꝫ eosdeꝫ ex
hortādo ꝛ eis sacr̄a mīstrādo. vt đr. xx
iij. q. viij. Igit̄. Hāc nāq̄ militiā p⁹ lai
calē b. mar. sic assumpsit. Relicta em̄

militia ad sctm̄ Hylariuz pictauien̄. ep̄m ꝑrexit: a q̄ ī acolitū ē ordinat⁹: ꝫ est ī militē clericalē deputat⁹. vbi tribꝫ his ꝟtutibꝫ xp̄o fideliť militauit. s.

Primo patientia
Scdo orōnum instantia
Tertio magna fiducia

Prīo dixi ꝙ beat⁹ martinus ī militia clericali xp̄o militauit ꝑfecta patīa: q̄ oēs clerici armari debent si cū xp̄o volūt regr̄e. Unū Gre. Qui desiderat n̄ excludi ab hereditate celesti ⁊ ꝯsortio filioꝝ dei assuescere dz tribulatōes et a se nō abijciat sz sp̄ patiēť sustineat. qꝛ ꝟm Aug. null⁹ ꝟu⁹ xp̄i sine tribulatōe est. si putas te nō hr̄e tribulatōes: non dū cepisti eē xp̄ian⁹. Nā sine hūilitate null⁹ saluabiť. ꝑ patīaz ꝟo cog̃sciť hominis hūilitas. Unū Gre. ait. Perfacile ē vestē ꝯtēptā hr̄e. īclinato capite incedere. velū sup̄ oc̄los mittere. sz verū hūilez patīa oñdit. De patīa ꝟo beati martini sic legiť. In somnis nāq̄ monet vt visitet ꝑentes idolis deditos. q̄ ꝓfect⁹ inť alpes īcidit ī latrōes. Cūq̄ securim ī caput ei⁹ vibrasset vn⁹: ali⁹ ꝟo ictū retinuit feriēt̄: vinct̄ tn̄ p⁹ tergum manibꝫ vni eoꝝ tradiť custodiēdus. q̄ cū interrogaret eū si timuissz securim. rn̄dit nūq̄ se ita fuisse securuz. qꝛ inq̄t scio miscōdiaz dei ī tētatōibꝫ fore affuturā. Cui p̄dicās ad xp̄i fidē cōuertit. q̄ ad viam ip̄m reducēs postea laudabilē duxit vitā. Beat⁹ ꝟo martinus ad domū ꝑueniēs mr̄ez ad fidez ꝯuertit: pr̄e ī errore remanēte. Cunq̄ ibidē p̄dicaret ꝯ arrianos publice cediť ⁊ ꝺ ciuitate eijciť. Quadā etiā vice dū veste hispida ⁊ aspa nigro ⁊ pēdulo pallio circūtect⁹ sup̄ asellū ꝓcederz eq̄s ecōtra veniētibꝫ expauefact̄ milites ī terrā se p̄cipites dederūt. Arripiētes ꝓterea martinū g̃uiť ꝟberauerť. ille ꝟo q̄si mui⁹ dorsū cedētibꝫ p̄bebat sz eo mag̃ illi feriebāt q̄ videbāt ꝟbera ꝯtēnere. Dū aūt milites vellent ire eq̄ eoꝝ fixi ī terra ꝑmanebāt ⁊ flagellati velut saxa se nō mouebāt Qui ꝫ miraculo se recog̃scētes peccasse corā btō martino ꝯfessi sť pctm̄ suū. ille eis licētiā dedit. ⁊ sic ꝓgressi sť. Scdo q̄z b. vir militia clericali militauit xp̄o orōnū instātia. de q̄ dic̄ saluator Lu. xviij Oportet sp̄ orare ⁊ nō deficere. Glosa Nō cessat orare q̄ non cessat bn̄facere Magn⁹ valde ē orōis fruct⁹ ad quaz inducit saluator ꝟbo ⁊ exēplo. ideo ꝺr Eccī. xxxv. Orō humiliāt̄ se nubes penetrat. Hinc etiā Bern̄. ait. Nemo vestrum frēs ꝑuipēdat orōz suā. Dico eī vob̄ ꝙ añq̄z exeat de ore vr̄o ille eā scribi facit in libro suo. ⁊ vnū e duobꝫ īdubitāter sperare debem⁹. qꝛ aut dabit qꝺ petim⁹: aut nō nouit esse vtili⁹ Si vis igiť patiēter aduersa tolerare: ora Si vis tētatiōes sup̄are ora. Si vicia cupis extirpare ora. Si vis celestium dulcedinē degustare ora. Multū em̄ valet orō iusti assidua. Jac̄. v. Unū animauit orātes saluator Lu. xj. dicens. Oīs q̄ petit accipit ⁊ q̄ q̄rit īuenit. Nā ⁊ sancti si q̄d difficile īpetrare intendebant. puta siue infirmos curare. siue mortuos suscitare: p̄us orabāt ⁊ sic īpetrabāt. Sic̄ beat⁹ Martin⁹ de q̄ legiť ꝙ in orōe fuit assidu⁹: ocul' ac manibꝫ sp̄ in celū intēt⁹. inuictū ab orōne sp̄m̄ non relaxabat. Nulla vnq̄z hora p̄terijt q̄ aut orōni aut lectōi nō incūberet. Unū in orōe existētē sepe beata ꝟgo visitabat Aliq̄n apl'i. īterdū sancta agnes ⁊ sancta tecla audiētibus foris discipulis cū eo loquebanť. Ideo suis orōnibꝫ tres mortuos r̄suscitasse legiť Nā iuxta pictauiū mōasteriū ordinauerat vbi quendā cathecuminū hūit qui sine baptismo decesserat: hunc resuscitauit Aliū q̄z q̄ se laq̄o suspēderat

De sancto Martino episcopo

Tertiū ꝟo q̄ndā tuuenē ī medio cāpi vbi paganoꝝ aderat mlt̄itudo p̄cibꝫ suscitauit. qđ vidētes pagani oēs ad fidē ꝯuersi sunt. Tertio bea. Martinꝰ in militia clericali militauit xp̄o dño in magna fiducia. Debet em̄ q̄libet miles xp̄i ꝯfidere de deo ī om̄ibus p̄sertim in aduersis. de quibꝫ ps̄. Qui ꝯfidunt ī dño sic̄ mons syon: nō ꝯmouebit̄ in et̄nū ꝛc̄. Debemꝰ ꝓfecto ī oībꝫ ꝑiculis ꝛ tētatōibꝫ ꝯfidere in deo ꝛ īuocare nomē eiꝰ. ps̄. Inuocabit me ꝛ ego exaudiā eū. Idē. Protegā eū quoniā cognouit nomē meū: cū ip̄o sum ī tribulatōe: eripiā eū ꝛ gl̄ificabo eum. Ecce dñs deꝰ q̄d ꝓmisit q̄ verax ī ꝓmissis potēs in reddēdis. mis̄icors ī auxilijs Jō vocamꝰ ip̄m p̄rem nr̄m: dicendo Mat. vj. saluatore ad h̄ docēte. Pat̄ noster q̄ est in cel̄. vere tāq̄ꝫ in p̄re ī d̄o totā fiduciā posuerat btūs martinus Nā cuꝫ quandā arborē pini diabolo dedicatā vellet succidere: obsistebant rustici gētiles: de q̄bꝫ dixit vnus. Si in deo tuo fiduciā habes: nos hāc arborem abscindemꝰ ꝛ tu illā suscipe. et si (vt dicis) tecū est deꝰ tuꝰ euades. Quo annuēte ligauerunt ip̄m sub dicta arbore. ꝛ dū succisa esset ꝛ versus euꝫ declinasset: signū crucꝫ opposuit ꝛ ꝓtinꝰ arbor in aliā ꝑtē rediēs: rusticos qui ī tuto loco erāt fere oppressit. ceteri viso miraculo ad fidē ꝯuersi sunt. O igr̄ beate antistes martine. O xp̄i miles ī clite. O suscitator mortuoꝝ magnifice. resuscita nos tuis sanctis meritis a tribꝫ mortibꝫ. cordis videlicet oris et opis. vt patīa prediti ꝛ orōni deuote dediti totā fiduciā ī dño d̄o habeamꝰ

Tertia insuꝑ militia est spūalis. in qua q̄libet adultꝰ seu doli capax debꝫ militare ꝯtra mđm carnē ꝛ diaboluꝫ: si vult saluari. Un̄ Job. vij. d̄r. Militia est vita hoīs suꝑ terrā. Et apostolꝰ Epb̄. v. Nō est nob̄ colluctatio aduersus carnē ꝛ sanguinē. s. soluꝫ. sꝫ aduersus p̄ncipes ꝛ rectores. i. demones tenebraꝝ haꝝ. i. existētes ī aere caliginoso. Hinc Amb̄. ꝛ hr̄. xvij. q. j. nō ē. Uoluntariū sibi militē eligit xp̄s. volūtarium sibi seruū actionat̄ diabolꝰ. Et hoc est qđ d̄r Ecc̄i. xv. Deus ab initio creauit hoīeꝫ ꝛ reliq̄t illū ī manu ꝯsilij sui. adiecit mādata ꝛ p̄cepta sua si volueris mādata ꝯs̄uare: ꝯseruabunt te apposuit tibi aquā ꝛ ignē: ad qđ volueris porrige manū. Ex q̄bꝫ dat̄ intelligi ꝙ q̄ spūaliter ꝯtra vicia nō vult militare damnabit̄. ij. Thim̄. ij. Nō coronabit̄ nisi q̄ legitīe certauerit. Ad qđ certamen Chrysost. sic hortat̄. Tu ait xp̄iane delicatꝰ es miles si putas sine pugna posse vincere: sine certamīe dimicare. exercevires. attēde pactū. aspice spōsionē quā scꝫ fecisti in baptismo seruare fidē: abrenunciare diabolo ꝛ pompis eius. O deꝰ eterne. O pie xp̄e q̄ꝫ forti inimico iubes nos certare scꝫ diabolo. Nō em̄ est ptās ī terra que ei compari possit. Job. xlj. Et id̄o nisi tu adiutor extiterꝫ certe vincere nō poterimus. Sꝫ tu adiutor fortis nob̄ s̄m tuū ꝓmissum nō deficies ꝛ tūc in nomine tuo spernemꝰ insurgētes in nos Sic̄ btūs martinꝰ tuo auxilio oīa vicia insurgētia vicit ꝯtrarijs ꝟtutibus Suꝑbiā vicit hūilitate. qꝛ factꝰ ep̄us sꝑ hūili sede. s. tripedi vsus ē. vbi nō ferens ppl̄i tumultū duobꝫ fere miliaribus extra vrbē monasteriū instituit ꝛ ibi cū octuagīta discipul̄ ī mlt̄a abstinētia vixit Nā ibi vinuꝫ nemo nouerat nisi quē infirmitas coegissꝫ. mollior habitꝰ ibi ꝓ crimīe erat. plurime iō ciuitates ex illis sibi ep̄m eligebāt. irā q̄ꝫ mag̃ pietate ꝛ mititate deiec̄. Un̄ q̄dam die solēni cū ad eccl̄iam tenderꝫ pauꝑ q̄dā secutꝰ est nudꝰ petens amo

re dei vestē. Qui ꝓtin⁹ p̄cepit archidi/
acono suo vt egenū vestiret. Sz cū il/
le distulisset secreto tunicā suaz egeno
tribuit. Cūqz moneret̄ ab archidiaco
no vt solēnia ꝑageret. rn̄dit se ire non
posse nisi ꝑus pauꝑ vestiat̄. Archidia
con⁹ irat⁹ ī foro tunicā q̄nqz argenteis
emēs valde curtā q̄ d̄r penula. q̄si pe/
ne nulla. ⁊ illaz ad pedes ep̄i ꝓiecit. q̄
ep̄s indut⁹ cui⁹ manica vsqz ad cubi/
tū. lōgitudo v̄o vsqz ad genua ꝓtēde/
bat̄. sic sacr̄ idut⁹ desuꝑ ad altare pro
cessit. dū v̄o missaz celebraret globus
igne⁹ suꝑ caput ei⁹ appuit. ⁊ dū leua/
ret man⁹ ad deuz manic̄ lineis retro
labētib⁹ brachia ei⁹ remāserūt nuda.
Mox ab angelis torques gēmate de
ferunt̄. ⁊ ei⁹ brachia decēter ornant̄. O
miles gl̄iose martine. o triūphator vi
ctoriose q̄z seriose supplātasti tria p̄lia
mūdi vicz carnis ⁊ diaboli. Mundū
em̄ ꝑ ei⁹ ꝯtēptibilitatē. carnē ꝑ vite au
steritatē. diabolū v̄o ꝑ hūilitatē. Se
cūdo ex p̄missis themat̄ v̄bis b. mar
tin⁹ cōmendat̄ a diuī auxilij notabili
iuuamine: cū d̄r. Et supplātasti insur
gētes in me subt⁹ me. Nā sine diuino
auxilio nihil possum⁹ facere neqz vin
cere. ꝓterea debem⁹ diuinū implora
re auxiliū in oīb⁹ tētatōib⁹ ⁊ armari v̄
tutib⁹ sic b. martin⁹ auxilio dei trium
phauit. qz sꝑ notabile dei iuuamē sibi
affuit in trib⁹ p̄sertim p̄lijs scz

Primo ꝯ hoīem ꝑuersum.
Secūdo ꝯ repugnās elementū.
Tertio ꝯ insidiantē diabolū.

Primo dixi q̄ diuinū auxiliuz affuit
btō martino ꝯ hoīem ꝑuersū. Cū em̄
plebs thuronica ep̄o careret petierūt
sctm̄ mar. ab hylarione viro d̄i ī ep̄m.
Quidā tn̄ ex ep̄is q̄ aderant Defensor
noīe resistebat ꝓ eo q̄ deformis esset
habitu ⁊ victu. tn̄ ꝓ ꝯcordia psalteriū
q̄dā aperuit ⁊ p̄mo occurit ille versus
Ex ore infantiū ⁊c̄. vt destruas inimi
cū ⁊ defensorē. ⁊ ita ille defensor ab oī/
bus ē ꝯfutat⁹. ⁊ beat⁹ martin⁹ ī ep̄m
electus. Secūdo q̄z diuinū auxiliū
affuit ei ꝯtra repugnās elementū. se/
mel em̄ quoddā phanū succēdi fec̄ ⁊ ī
de in domū illi vicinaz flāma ferebat̄
agēte vēto. Sz b. mar. suꝑ tectū dom⁹
ascēdēs mediū se int̄ ignē ⁊ domū op/
posuit. mox flāma ꝯtra vim vēti torq̄
tur vt q̄dā ꝯflictus int̄ elemēta videre
tur. Tertio diuinū auxiliū affuit be
ato martino ꝯ insidiantē diabolū. nā
vir dei cū causa discordie sedāde can/
dacensem diocesim iuisset ibidē virib⁹
suis cepit destitui. suisqz discipul̄ mor
tē sibi īminere p̄dixit. Qui oēs flentes
dicebant. Cur nos pater deseris. aut
cui nos desolatos reliquis. Inuadēt
em̄ gregē tuū lupi rapaces. salua em̄
sunt tua merita nostri potius misere
re. Tunc pius pastor suoꝝ fletu mo/
tus ⁊ ip̄e sic orauit. Domine si adhuc
populo tuo sum necessarius nō recu/
so laborē fiat voluntas tua. Iste ē ille
dei virtute p̄cinctus miles q̄ ⁊ regē cu
piebat videre. ⁊ de suoꝝ meritis triū/
phare. Et cū rogaretur a discipulis vt
in tanta infirmitate aliquod stramē/
tū sibi sterneret̄. Respōdit. Nō decz fi
lij xp̄ianū mori nisi in cinere ⁊ cilicio.
Cūqz hic xp̄i miles suꝑ cineres ⁊ cilici
um supin⁹ iaceret. ⁊ celū intēderet cō/
sulebāt sui vt corpusculū mutatōe la
teris releuaret. rn̄dit. Sinite fratres
sinite celū poti⁹ respicere q̄z terrā vt spi
rit⁹ ad deū dirigat̄. Et hec dicēs vidit
astare diabolū. Quid inq̄t astas h̄ cru
enta bestia. nihil ī me funestū repies.
quia sinus abrae me expectat. O cru/
delis bestia quid tunc ibi querebas.
nonne ip̄e fuit gemma sacerdotū. nō
ne exēplar monachoꝝ ⁊ pugnādoꝝ q̄
etiā tp̄e mortis sue cinere ⁊ cilicio pre/

cict⁹ pugnabat. Post hec orās ⁊ psal/
lens obdormiuit in dño vbi cāt⁹ an/
gelic⁹ auditus est. ⁊ duo milia mona
choꝝ ꝯgregati. ⁊ mltitudo ppl'oꝝ flē/
tiū sup piū patrē martinū ⁊ xp̄i fidelē
militē. Qui ꝑ nobis ⁊c̄.

De eodē Sermo. cvij.

I sciret pa/
terfamilias q̄ hora fur ve/
niret vigilaret vtiqꝫ ⁊ nō si
neret ꝑfodi domū suā ⁊ vos estote pa
rati Luce. xij. Ad laudē beati martini
ep̄i merito hec ꝟba dicunt̄ q̄ fuit pat̄/
familias vigilās ad aduētuꝫ mortis
quā multi nūc mortaliū obliti sunt ⁊
ignorant. Uñ cuilibet saluando nece
est scire hec tria scꝫ

Primo discretōꝫ boni ⁊ mali.
Secūdo verā cognitionē sui.
Tertio ꝑfectā bonitatē dei.

Primo nāqꝫ cuilibet saluādo necesse
ē scire totalē discretionē bōi ⁊ mali. qꝛ
īproperat̄ illis q̄ hoc ignorāt. Deut. j.
Ignorāt distātiaꝫ boni ⁊ mali. Unde
Gre. in mora. Qui eī lucē videt scit q̄d
de tenebris estimet. q̄ ꝟo cādorē lucis
ignorat etiā obscura ꝑ lucidis appro
bat. q̄d esse poterit ꝑiculosius q̄ꝫ non
scire dijudicare inter bonū ⁊ malum.
Oīs eī hō nec agere scit bonū: nec eui/
tare malū q̄n poti⁹ tales freq̄nter faci
unt maluꝫ studiose. de q̄bꝫ d̄r. Hiere.
iiij. Sapiētes sūt vt faciāt mala. bene
aūt facere nescierūt. Secūdo cuili/
bet saluādo necesse ē scire veraꝫ sui co/
gnitionē. q̄ꝫ fragilis. q̄ꝫ inclinabilis tē
tatōibꝫ. ⁊ q̄ꝫ icert⁹ de hora mortꝭ. Eccs
ix. Nescit hō finē suū sꝫ sicut pisces ca/
piunt̄ hamo. sic homīes tpe malo. Et
Matth. xxiiij. Uigilate qꝛ nescitis diē
neqꝫ horā Si em̄ sciret hō in quantis
peccatis iacet. si sciret q̄lia tormēta ꝑ
illis pati debet. si sciret q̄ statim post
aliq̄t dies vilescit ꝑfecto despiceret su/
perbiā. abijceret auariciā. Hinc Gre.
Despecti iacēt in putredine q̄ p̄us tu/
mescebāt in vanitate. Bern̄. Quid fe/
tidi⁹ hoīs cadauere. q̄d horribil⁹ mor
tuo hoīe. cui⁹ erat gratissim⁹ amplex⁹
in morte fit horribilis aspect⁹. Quid
igit̄ ꝑsunt mille floreni. pingues equi
multi famuli. fauor. honor. voluptas
q̄ oīa dimissurus es. nudus exiēs que
saltim colas ꝑ aīam tuaꝫ hic mittēdo
substantiā ⁊ deportādo culpā ꝓpt̄ illa
ꝯtractā. Hic. j. Tim̄. vj. Nihil intuli/
mus in hūc mūdū. neqꝫ aliq̄d depor/
tabim⁹. Job. j. Nud⁹ egressus suꝫ de
vtero matrꝭ mee. nud⁹ reuertar illuc.
Ps̄. Relinquēt alienis diuitias suas
Et Bern̄. Mūd⁹ inexorabilē ꝯstituit
ianitorē q̄ nihil q̄ mūdi sūt sinit depor
tare sꝫ ea tm̄ q̄ q̄s hꝫ in aīa. Idē in me
ditatiōibꝫ. Statim p̄sentabor añ di/
strictū iudiceꝫ de oībꝫ opibꝫ redditur⁹
rōnē, ⁊ dicet̄. Ecce hō ⁊ opa ei⁹. Quicu
qꝫ hoīm hec intelligeret ꝑfecto meli⁹
esset q̄ꝫ si sciret cursus sydeꝝ. vires her
baꝝ. qꝛ hec ē salutifera scīa. Deut. xxxij
Utinā saperēt ⁊ ītelligerēt ac nouissi/
ma ꝓuiderēt. Et h̄ ē q̄d dicit saluator.
Si sciret pr̄familias q̄ hora fur veni/
ret vigilaret vtiqꝫ ⁊ nō sineret īprouī/
se domū corpis ꝑfodi a morte. iō ⁊ vos
estote ꝑati. Tertio cuilibet saluādo
ē necesse scire ꝑfectā d̄i bonitatē. qꝛ de
us hoc specialiter exigit a nob. iō dicit
Osee. vj. Misericordiā volo ⁊ non sa
crificiū. ⁊ sciētiā dei pl⁹ q̄ꝫ holocausta.
Et Hiere. iiij. Stult⁹ popul⁹ meus
me nō cognouit. Glo. Que est maior
stulticia q̄ꝫ boue cognoscēte dñm suū
⁊ asino p̄sepe dñi sui. israel dñm suuꝫ
nō cognoscere. Utilitatē em̄ scire p̄di/
cta dic̄ Bern̄. sup cātica. Utraqꝫ inq̄t
cognitō scꝫ boni ⁊ mali: tui ⁊ dei ē tibi
necessaria ad salutēꝫ vt neutra carere

valeas cũ salute. qꝛ ex noticia tui vẽit in te timor dei. atqꝫ ex noticia dei vẽit in te amor dei. Sic ecõtra de ignorãtia tui venit supbia. de ignorãtia d̃i venit despatio. iõ dicit Aug. Felix q̃ se cognoscit. Beat⁹ em̃ martin⁹ adhuc in via felix erat. qꝛ sciebat discernere bonũ a malo. sciebat humanã fragilitatẽ atqꝫ diuinã bonitatẽ. Jõ bonũ ardẽti⁹ elegerat: se arti⁹ affligebat. ꝛ deũ super oia diligebat. attendẽs qd̃ dixerat saluator. Si sciret paꝛ̃familias q̃ hora fur veniret ꝛc̃. Ex q̃bꝫ q̃dẽ ꝟbis ad honorẽ sancti antistitis martini q̃ttuor notanꝛ̃ salutis documẽta gratia d̃i declaranda scꝫ

Primũ ig̃rãtie mag̃ ꝑiclositas. ibi. Si sciret pr̃familias q̃ hora.

Scd̃m vigilantie pia studiositas. ibi. Uigilaret vtiqꝫ.

Tertiuꝫ custodie ardua sedulitas ibi. Et nõ sineret ꝑfodi domũ suã.

Quartũ ꝓuidẽtie ꝓmpta sagacitas ibi. Et vos estote parati.

Primũ documẽtũ salutꝫ ex ꝟbis thematis declarãdũ dixi ꝙ erit ignorãtie magna ꝑiculositas cũ d̃r. Si sciret pr̃familias. q d. ignorat suũ periculum sed si sciret p̃caueret sibi. Unde ad clariorẽ intelligentiã ignorantie considerandũ nobis est ꝙ triplex est ignorantia scilicet

Prima est vtilis.

Secũda est tolerabilis.

Tertia est culpabilis.

